



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **De Verbo Dei Libri Tres**

**Helm, Heinrich**

**Coloniae, 1560**

**VD16 H 1736**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30114**

LIBVS  
ENTO  
LETI  
DIVERS  
OTT

18




Th. 1318.

(Paderborn

f. VIII  
4





# DE VERBO DEI LIBRI TRES,

AVTORE FRATRE HENRICO HEL-  
mesio Germipolitano, ordinis Sancti Francisci,  
obseruantino, non solum verbi Dei præco-  
nibus, sed & omnibus piè in Christo vi-  
uere satagentibus, super omnia  
scitu necessarij atque  
vtilissimi.

LVC. XI.

Beati, qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud.



*(Liber rarus)*

COLONIAE  
Apud hæredes Arnoldi Birckmanni,  
Anno M. D. LX.



# INDEX CO- PIOSVS IN TRES libros de verbo Dei.

- A**butentes autoritate sua, mittūt seductores ad populo predicandum lib. 3. cap. 26.
- Ad cor peccator remittitur, & quare hoc lib. 2. cap. 24. a
- Additiones non sunt, scripta doctorum ecclesie lib. 1. cap. 29. a
- Affectum inflammat uerbum Dei lib. 3. cap. 55. a
- Alterationes in ecclesia, fiunt ex spiritu sancto lib. 1. cap. 46. a
- Aliter doctis, aliter simplicibus est predicandum lib. 1. ca. 26. b
- Allegari quomodo debeat scriptura lib. 1. ca. 28. a
- Allegans multa, aliquando nullam scripturam habet lib. 1. ca. 28.
- Allegans parum, crebro nihil nisi scripturam loquitur ibidem.
- Allegationes multe, non edificant indoctos ibidem.
- Apostoli multa docuerūt, q̄ non sunt in euangelijs scriptali. 1. ca. 14. a
- Apostoli & doctores, edificauerunt ecclesia cū Christo li. 1. ca. 46. b
- Apostoli missionem suam signis probauerunt lib. 3. ca. 15. b
- Apollo in Deo missus ab apostolis approbatus est lib. 3. ca. 27. a
- Annas, quomodo prophetauit lib. 3. ca. 20. b
- Angelico alloquio, ab initio Deus sepe hominem consolatus est li. 2. ca. 21. b
- Arcus amarus, est doctrina hereticorum lib. 1. ca. 32. c
- Arcanum alloquium Dei consolatur hominem lib. 2. ca. 21.
- Arma electorum, sunt uerba Dei, & etiam hereticorum lib. 3. ca. 1. b
- Ardent heretici, igne concupiscentie lib. 3. ca. 13. b
- Auditorum corda, predicator debet inflammare, & accendere li. 1. cap. 28. b
- Azimi esse debemus, & in azimis sinceritatis & ueritatis epulari agnum nostrum lib. 1. ca. 38. a
- Balaam reprobus prophetat lib. 3. ca. 20. b
- Beatitudinem omnes homines desiderant lib. 2. ca. 1. a
- Blaspe-



INDEX.

- Blasphemia in spiritum sanctum est. Lutheri mendacia & hereses,  
dicere uerbum Dei lib. 1. ca. 33. a
- Bonos, excusat conscientia ipsorum lib. 2. ca. 5. d
- Calicis potatio, nõ fit in remissionem peccatorũ lib. 1. ca. 38. b
- Caput quid significet in homine iuxta tropum lib. 2. ca. 11. f
- Ceremonie Iudeorum lib. 2. ca. 26. a
- Christus non est solummodo audiendus, sed etiam ecclesia lib. 1.  
cap. 14. b. c
- Charitas Dei & proximi, quomodo scripta est in membris nostris &  
sensibus lib. 2. cap. 12. a
- Clauis scientie, abutuntur heretici lib. 1. cap. 38. b
- Cornicula Aesopica est Lutherus lib. 1. ca. 34. a
- Concilia, patres & sancti, uariant multa lib. 1. ca. 42. b
- Conscientia accusat & excusat lib. 2. ca. 5. b
- Corporis rectitudo, iuxta tropum, spem & oculi simplicitatem do-  
cet lib. 2. ca. 11. a. b
- Cor hominis, est tribunal eius lib. 2. ca. 24.
- Consilia euangelica etiam legis tempore, ab alio quibus seruata sunt  
lib. 2. ca. 30. a
- ¶ Deus uariat multa lib. 1. ca. 42. a
- Deus est immutabilis lib. 1. ca. 44. a
- Delectat uerbum Dei lib. 3. ca. 58
- Deus omnia facit propter electos, ut saluentur lib. 1. ca. 1.
- Diuina opera, humanis rebus assimilantur lib. 1. ca. 45. a
- Dilectio Dei & proximi, scripta est in mēbris nostris lib. 2. ca. 24. b
- Diabolus, sibi similes prædicatores mittit li. 3. ca. 8. a
- Dicentes lutheri peruersa dogmata esse uerbum Dei & euangelium,  
peccant in spiritum sanctum li. 1. ca. 33
- Doctores sancti, eternam uitam meruerunt li. 3. ca. 2. a
- Doctrina cum bonis conferri debet li. 3. ca. 11. a
- Doctorum scripta, sunt uerbum Dei li. 1. ca. 10. a
- Doctorum sanctorum encomia quedam perstringuntur li. 1. ca. 12. b
- Doctorum scripta, non sunt spernenda li. 1. cap. 10. b

Docto-

INDEX.

- Doctōrum masticēs maledicti li. 1. ca. 12. d  
 Doctōrum dicta & scripta, non sunt canonica scriptura li. 1. ca. 11. b  
 Doctores aliquando humanum quid passi sunt li. 1. ca. 15. & 12. b  
 Doctores non sunt contēnendi, eò quòd homines fuerunt li. 1. ca. 12. a  
 Doctores scripserunt ex spiritu sancto li. 1. ca. 12. c  
 Doctores sancti, contra hereticos scripturas exponunt li. 1. ca. 12. d  
 Doctores examinati sunt, & probati li. 1. ca. 12. c  
 Doctores idem dicunt in ijs quæ fidei sunt, li. 1. ca. 12. g  
 Doctores, uitæ sanctæ fuerunt ibidem h  
 Doctores præcocis ingenij & acrimonia maxima præditi erāt, ibidē  
 Doctores doctrinas suas sequētibus signis confirmauerūt li. 1. ca. 12. i  
 Doctōrum optimi fructus perstringuntur li. 1. ca. 12. k l m n o  
 Doctores sanctos, semper speruerunt heretici li. 1. ca. 13. a  
 Doctores ecclesiæ qui spernit, Christum spernit & spiritum sanctum li. 1. ca. 18. b  
 Doctores sanctos, impij semper aspernati sunt & persecuti li. 1. ca. 19  
 Doctores non semper apertam scripturam habent, quomodo intelligitur li. 1. ca. 20. a b  
 Doctores semper scopum scripturæ tenuerunt li. 1. ca. 31. c  
 Duodecim cophini impleti ex fragmētis, quid significēt li. 2. ca. 35.  
 Duæ sunt uitæ domini li. 1. ca. 2. a  
 Duo denarij stabulario dati, quid significent li. 3. ca. 4. a  
 Duodecim fructus uerbi Dei. li. 3. ca. 53.  
 ¶ Ebriosi sunt episcopi & sacerdotes li. 3. ca. 11. c  
 Ecclesia, audit doctores lib. 1. ca. 18. a  
 Ecclesia in doctōribus, audit Christum & spiritum sancto li. ca. 18. b  
 Ecclesia quasdam uaricationes facit lib. 1. ca. 42. a  
 Ecclesia non potuit perfecte ordinari, ante passionem Christi lib. 1. ca. 46. b  
 Ecclesiæ sanctiones, non sunt traditiones humanam quas Christus reprobatur lib. 1. ca. 51.  
 Edificando ecclesiam, apostoli multa contribuerunt lib. 1. ca. 46. d  
 Episcopi multi sunt indocti lib. 3. ca. 12. c

INDEX.

- Euangelium Christi, est propriissimum uerbum Dei li. 1. ca. 5. a  
 Euangelium opere adimplere oportet ibidem b  
 Euangelij præconia, perstringuntur li. 1. ca. 6. a  
 Euangelium, est lex noua li. 1. ca. 7. a  
 Euangelium multa nomina habet li. 1. ca. 8. a  
 Euangelium datur filiis li. 1. ca. 48. b  
 Euangelium primum, quod fuit li. 2. ca. 20. a  
 Euangelium est lex amoris li. 2. ca. 28.  
 Euangelium & lex idem sunt in spiritu li. 2. ca. 29.  
 Euangelicos se falsissimè uocant luderani li. 1. ca. 34. c  
 Exemplū tam bonorum quam malorum sunt intuenda li. 1. ca. 21. a  
 Exempla bonorum sunt emulanda ibidem b  
 Exemplorum ingens sylua est in sacra scriptura li. 1. cap. 31. b  
 Exemplis multis ostenditur, quod boni, donis Dei, bene, & mali male utuntur li. 3. ca. 1. c  
 Exemplis ostenditur, quod misio malorum in uineam Dei perniciosissima est, & opus diaboli lib. 3. cap. 25. a  
 Exemplū Apollo in actis, est contra luderanos li. 3. ca. 28.  
 ¶ Faciei hominis dispositio, quid doceat nos li. 2. cap. 12. a  
 Fermentum luderanum quid sit li. 1. cap. 36. a  
 Fermentum luderanum, quomodo est expurgandum, li. 1. cap. 37. a  
 Festa ecclesie, sunt seruanda li. 1. cap. 52. d e  
 Fides una & eadem est, à principio usque ad mundi finē li. 2. ca. 2. a  
 Fidei articuli in manibus nostris sunt descripti li. 2. cap. 14. a  
 Fides ociosa, appositis rebus comparatur lib. 2. cap. 15. a  
 Eidem inconcussam, in prosperis & aduersis seruare oportet lib. 2. cap. 16. b  
 Fructus doctrinæ prædicatoris, considerare oportet li. 3. cap. 21. a  
 Fructus doctrinæ Lutheri, pessimi & maledicti sunt li. 1. cap. 14. a  
 Fructus & opera, testimoniū dāt de unoquoq; qualis sit li. 1. ca. 12. f  
 Fructus sanctorum doctorum optimi sunt & Deo digni lib. 1. cap. 12. k l m n o  
 Fundamentum omnium hæreticorum, est sacra scriptura ab eis deprauata

INDEX.

- prauata & adulterata li. 3. cap. 1. b  
 ¶ Gladius malignus est doctrina hereticorum li. 1. cap. 32. b  
 Gladio uerbi Dei, heretici & seipfos & alios occidunt li. 1. ca. 38. b  
 ¶ Heretici cum uerbo Dei deprauato, omnia mala instaurant &  
 exuscitant li. 1. cap. 3. a  
 ¶ Heretici, canonem sacrum mutilant li. 1. cap. 9. d  
 Hereses, sunt morbi exitiales, in corpore ecclesie li. 1. ca. 15. a b  
 Hereses, sunt tumultus & seditiones in ciuitate Dei li. 1. ca. 16. a  
 Hereticorum doctrina ex diabolo est & contra scripturā li. 3. ca. 2.  
 Hereticorum fundamentum est sacra scriptura li. 3. ca. 1. b  
 Heretici luxuriosi, aurari sunt & superbi li. 3. cap. 13. b  
 Heretici predicant quidem, sed nunquam mittuntur à legitima po-  
 testate & auctoritate li. 3. cap. 14. b  
 Heretici, exeunt ex nobis ibidem c  
 Hereticos mitti à diabolo, tota scriptura testatur li. 3. ca. 23. a  
 Horribiliter Deus peccata puniuit li. 2. ca. 22. a  
 ¶ Ignē amoris dñi in cordibus accēdere debet prædicator li. 1. ca. 28. b  
 Inconstantissimus est Lutherus in suis assertis li. 3. ca. 12. b  
 Intellectum in obsequium fidei, captiuare oportet li. 3. ca. 44.  
 Intellectum uerbum Dei omni ueritate illuminat li. 3. ca. 53.  
 Ioannis baptiste rigor non fuit in lege præceptus, nec ab angelo Ga-  
 briele ex toto expressus li. 1. ca. 29. c  
 Ioannes baptista, cur signa non facit li. 3. ca. 16. a  
 Ioannes baptista quomodo probauit suam missionem li. 3. ca. 17. a  
 Iugum ecclesie, quomodo est aggrauatū & alleuiatum li. 1. ca. 40. a  
 Iura & leges, ex lege nature ortum habent. li. 2. ca. 8. b c  
 Iudicium nullius, Lutheri doctrina sustinet li. 3. ca. 12. a  
 ¶ Lactis doctores, qui sunt li. 1. ca. 26. b  
 Laudes Dei abominantur Luderani li. 1. ca. 49. a  
 Languores omnes, curat uerbum Dei li. 3. ca. 57  
 Legislatores, pacis & morum præcepta dederunt li. 2. ca. 25. c  
 Legem quomodo Christus impleuit li. 2. ca. 31.  
 Legem quomodo Christus auxit li. 2. ca. 32.  
 Lex Dei moralis scripta est in cordibus nostris li. 1. ca. 23. a

INDEX.

- Legem scriptam Iudæis Deus dedit li. 2. ca. 23. a. & li. 1. ca. 48. a  
 Lex noua est euangelium li. 1. ca. 7. a  
 Lex Dei una est, & triplex li. 2. ca. 4. b  
 Lex in statu innocentie li. 2. ca. 5. a  
 Lex nature que sit, & quid doceat ibidem a b  
 Lex nature quid sit & operetur li. 2. ca. 7. a b.  
 Legem nature omnes homines boni & mali habent li. 2. ca. 8.  
 Liber primus in quo scriptum est uerbum Dei, est conscientia li. 2. ca. 9  
 Liber secundus in quo scriptum est uerbum Dei, est totus mundus  
 li. 2. cap. 17. a  
 Lutheri doctrina qualis & que sit, ex fructibus perstringitur li. 1.  
 cap. 33. a  
 Lutherus & cooperatores sui quales sint li. 1. ca. 9.  
 Lutherus, cur nullius iudicium uult sustinere li. 3. ca. 12. a  
 Lutherus nqn potest probare suam missionem li. 3. ca. 29. a  
 Lux est uerbum Dei li. 3. ca. 54. b  
 Lutherus scripturas adulterat li. 1. ca. 9. b  
 Lutherus infidelissimus translator scripture. ibidem b  
 Luthero quid sit scripturas sincere tractare li. 1. ca. 11.  
 Luderani, bona opera execrantur li. 1. ca. 22.  
 Mercenarij tacent lupis grassantibus in ouili li. 1. ca. 9. c  
 Malos accusat eorum conscientia li. 2. ca. 5. b c  
 Malos & perfidos mittentes ad prædicandum, peccant grauissime,  
 & participes sunt peccatis eorum. li. 3. ca. 26. a  
 Memoria, quomodo debet uerbum Dei custodire. li. 3. ca. 49. a  
 Meditari ubique debemus uerbum Dei. ibidem. b  
 Memoriam, pascit uerbum Dei. li. 3. ca. 56  
 Missio prædicatorum, fit multis modis. li. 3. ca. 15. a  
 Mittuntur aliqui immediatè à solo Deo. ibidem. b  
 Missi à Deo, legationem suam qua funguntur, probant. ibidem. b c  
 Mittitur aliquis à Deo & hominibus simul. li. 3. ca. 24. a  
 Mittitur ab hominibus autoritate legitima li. 3. ca. 25. a  
 Missi à reprobis circa fidem: ex hoc iustificati non sunt nec fideles  
 nuni.

INDEX.

- ministri Christi. li. 3. ca. 25. a  
 Mittentes malos & subuersos in fide, peccant mortaliter, & rei sunt  
 omnium malorum, quæ per eos fiunt li. 3. ca. 26. a  
 Moralia præcepta, multis modis sunt declarata li. 2. ca. 25. a  
 Monachorum fundamentum ubi sit in Paulo li. 3. ca. 19. a  
 Monachi iam signa non faciunt li. 3. ca. 30.  
 Multa non sunt scripta in lege, quæ legis tempore fuerunt concordi-  
 ter à pijs obseruata li. 3. ca. 29. a b c & c.  
 Mundat uerbum Dei hominem li. 3. ca. 59.  
 Multiplicauit Christus panes & pisces li. 2. ca. 32  
 ¶ Nesciunt scripturas multi episcopi li. 3. ca. 11. c  
 Nihil danabilius sacra scriptura, in nõ suo sensu allegata li. 1. ca. 27. a  
 Numerus articulorum fidei in manibus nostris est nobis descriptus  
 li. 2. cap. 16. a b  
 ¶ Obseruatio mandatorum Dei, est charitas li. 3. ca. 52.  
 Opus bonum, tria habere oportet li. 1. ca. 22. g  
 Opera bona luderani sugillant & abhorrent li. 1. ca. 21. h  
 ¶ Pastores uigilare debent super suum gregem li. 3. ca. 14. d  
 Pastores, quæ sua sunt quærentes, carent lupis grassantibus in ouili  
 & iugulantibus li. 1. ca. 9. c.  
 Panem uerbi Dei suo fermento corrumpunt heretici li. 1. ca. 36. a  
 Participes sunt omnium malorum, quæ fascinatores populi faciunt  
 & qui eos mittunt li. 3. cap. 26. a  
 Patris instar agit Deus cum peccatoribus lib. 1. ca. 1. c  
 Parabolas locuti sunt prophete li. 1. cap. 31. a  
 Peccatoribus Deus non miseretur li. 1. ca. 1. d  
 Peccatores sani in fide, syncerè alios possunt docere & utiliter alijs  
 li. 3. cap. 7. a  
 Philosophi quare non sunt saluati li. 2. ca. 18. a  
 Philosophi utilissima de uirtutibus moralibus docuerunt li. 2. ca. 25. b  
 Præcepta legis sunt triplicia li. 2. cap. 27. a  
 Prædicatores pessimos diabolus mittit li. 3. ca. 8. a  
 Prædicatorum inertia & inscitia arguitur li. 3. ca. 26. a

b

Præ-

INDEX.

- Prædicatores lactis, qui sint li. 1. cap. 26. b  
 Prædicatores idonei ad id officij esse debent li. 3. ca. 6 a  
 Propheta multa dixerunt, quæ non sunt scripta in lege li. 1. ca. 14. a  
 Propheta quidam signa non fecerunt li. 3. ca. 18 a  
 Prædicator prædicare debet uerbū Dei, opere & sermone li. 3. ca. 36  
 Breuiter 37. integraliter 38. sincerè, 39. utiliter, 40. Generali-  
 ter 41.  
 Prædicator uerbi Dei, debet esse in uita irreprehensibilis li. 3. ca. 7.  
 Instructus in scripturis: ibidem 10. uel amore Dei ardens 13.  
 Prædicator debet doctrinam suam cum alijs conferre: li. 3. ca. 11.  
 ¶ Qualis debet esse uerbi Dei prædicator. li. 3. ca. 7. a  
 Quæ sit Lutheri doctrina li. 1. ca. 34. a  
 Quid sit prædicandum li. 3. ca. 1. a  
 Quis prædicare debet uerbum De li. 3. ca. 6. a  
 Quomodo uerbum Dei est audiendum li. 3. ca. 31.  
 Qui sunt fructus uerbi Dei li. 3. ca. 53.  
 Quomodo Christus panes & pisces multiplicauit li. 2. ca. 32.  
 Quomodo cibus in manibus apostolorum est auctus li. 2. ca. 34.  
 Quomodo uerbum Dei est prædicandum li. 3. ca. 36.  
 ¶ Radix omniū malorum est uerbum Dei deprauatum li. 1. ca. 3. a  
 Rebus creatis, boni bene & mali malè utuntur li. 3. ca. 1. c.  
 Rechabitarum ritus, in lege non est scriptus li. 1. ca. 29. d  
 Religiones in scripturis sunt fundatæ li. 1. ca. 30. a  
 Religiosi quidam malè uiuunt li. 1. ca. 53. b  
 Redemptorem post casum Deus mox promisit li. 2. ca. 19. a  
 Resolutiones uniuersalium propositionum sanctæ sunt li. 1. ca. 41. a  
 Rigor Ioannis baptistæ non est præceptus in lege li. 1. ca. 29. c  
 ¶ Saducæos imitantur luderani li. 1. ca. 24. a  
 Saducæis peiores sunt luderani li. 1. ca. 34. d  
 Sancti legis tempore multa ordinauerunt, quæ non sunt scripta in le-  
 ge lib. 1. cap. 47  
 Sancti quidam signa non fecerunt li. 3. cap. 18.  
 Sanat omnes infirmitates uerbum Dei li. 3. ca. 57.

Sacerdo-

INDEX.

- Sacra scriptura est fundamentum hereticorum li. 3. cap. 1. b  
 Sacerdotum est predicare Verbum Dei li. 3. ca. 6. b  
 Sapientia uera, suis coloribus depingitur lib. 1. ca. 23. a  
 Sapientia Luderanorum, depingitur, ibidem. b  
 Sacra scriptura, docet ignaros lib. 1. ca. 22. a  
 Sacra scriptura arguit negligentes, ibidem. b. c  
 Sacra scriptura corripit obstinatos, ibidem. d  
 Sacra scriptura erudit insipientes, ibidem. c  
 Sacra scriptura, facit ad omnia opera bona paratos, ibidem. g  
 Scripturas Luthero, recte tractare, quid sit lib. 1. ca. 11. d  
 Scriptura sacra, nihil danabilius, in no suo sensu allegata li. 1. ca. 27. a  
 Scorpiones quos non laedunt lib. 1. ca. 39. b  
 Scopus scripturarum, semper est aspiciendus lib. 1. ca. 20. b. c  
 Scopus sacrae scripturae, perstringitur lib. 1. ca. 22.  
 Simplex predicator & oratio, utilis est lib. 1. ca. 28. b  
 Signis probant legationem suam, missi a Deo lib. 3. ca. 15. b  
 Signa mendacia, quidam faciunt lib. 3. ca. 21. b  
 Signa, doctrinam confirmant predicatoris, non uitam lib. 3. ca. 22. a  
 Spiritus sacrae scripturae, quis sit lib. 3. ca. 37.  
 Stelle cadentes, heretici sunt lib. 1. ca. 39. a  
 ¶ Tempus poenitentiae, impij negligunt lib. 1. ca. 1. b  
 Tempus est triplex lib. 2. ca. 3. a  
 Templi ad aedificationem, multi multa dederunt lib. 1. ca. 46. c  
 Tria requiruntur ad opus bonum lib. 1. ca. 22. g  
 Traditiones ecclesiae, sunt seruandae lib. 1. ca. 51. a. b  
 Traditiones humane, quae sint lib. 1. ca. 52. a. b. c  
 Traditiones bonae, iustae & pie sunt seruandae lib. 1. ca. 53. a  
 Triplex est lex Dei lib. 2. ca. 4.  
 Tripliciter Deus homini uerbum suum scripsit lib. 2. ca. 21. c  
 Tripliciter Deus homini loquitur uerbum suum, ibidem.  
 Triplicia sunt legis precepta lib. 2. ca. 27. a  
 ¶ Variationes quasdam, facit ecclesia lib. 1. ca. 42. a  
 Variationes factae sunt in lege 42. per totum.



INDEX.

- Variationes tempore gratiæ factæ lib. 1. ca. 43.  
 Vbera sponse, quæ sint lib. 3. ca. 46.  
 Verbum Dei adulteratum, radix est omnium malorum lib. 1. ca. 3. a  
 Verbi quod est Deus, præconia lib. 1. ca. 4.  
 Verbum Dei est triplex lib. 1. ca. 3. b  
 Verbum Dei, quod est euangelium, multa epitheta habet lib. 1. ca. 8.  
 Verbum Dei propriissimè, est euangelium Christi 5.  
 Verbum Dei propriè, est canon scripturæ 9.  
 Verbum Dei generaliter, sunt doctorum scripta 10.  
 Verbi Dei definitio lib. 1. cap. 11. a  
 Verbum Dei scriptum est in conscientia libro lib. 2. ca. 9.  
 Verbum Dei scriptum est in exteriori homine nostro lib. 2. ca. 10.  
 Verbum Dei scriptum est in membris nostris lib. 2. ca. 11.  
 Verbum Dei audiri debet, cum cordis, contritione lib. 3. ca. 31. cum cor-  
 poris & cordis quiete. ibidem. 32. cum humilitate 33. cum at-  
 tentione. ibidem. 34. Item cum discretione 35.  
 Verbum Dei custodiri debet in corde lib. 3. ca. 42. In intellectu. 43.  
 In affectu. 45. In memoria. 48. In ore. 50. In uita & opere. 51.  
 Verbum Dei uiuificat lib. 3. ca. 60.  
 Verbum Dei sanctificat lib. 3. ca. 61.  
 Verbum Dei defendit lib. 3. ca. 62.  
 Verbum Dei benedicit lib. 3. ca. 63.  
 Verbum Dei nobilitat lib. 3. ca. 64.  
 Verbum Dei saluat lib. 3. ca. 65.  
 Vermis conscientia non morietur lib. 2. ca. 6. a  
 Via domini duæ sunt lib. 1. ca. 2. a  
 Vita prædicatoris, magis quàm signa sunt attendenda lib. 3. ca. 20.  
 Vinum uerbi Dei, cum aqua & felle errorum, heretici miscent li. 1.  
 cap. 35. a  
 Vniuersalium propositionum resolutiones factæ sunt lib. 1. ca. 41. a  
 Umbra legis & ueritas euangelij conferuntur lib. 1. ca. 48.  
 Visionum, somniorum, reuelationum, & parabolarum, magna solua  
 est in sacris literis lib. 1. cap. 25. a

Quod Deus omnia facit propter electos, ut salutem consequantur. Caput I.



**P**ATER misericordiarum & luminū & Deus omnis consolationis, secundum diuitias gratiæ suæ, omnia facit propter electos, ut ipsi salutem consequantur cum gloria æterna. Nam cum bonus ipse sit, benignus, suavis, mitis, misericors & præstabilis super malitia, ideo non vult mortem peccatorum, sed ut conuertantur à vijs suis malis, & uiuant. Hinc vertex ait apostolorum: Non tardat Deus promissionem suam, qua iustis coronas vitæ & imperijs, sceleratis, & absq; villo timore mala perpetrantibus, atq; iniqua agentibus vsquequaq; æterni ignis cruciatus decernet: sicut quidam falso, & semetipfos seducētes existimant: sed patienter agit, & in multa patientia vasa iræ & contumeliæ, apta ad interitum sustinet, propter nos: ut præordinati ad vitam æternam, & electi ante mundi constitutionem, in Christo diuites fiant in gratia & bonis operibus, eant de virtute in virtutem, negotiēturq; in talento, donec Dominus reuertatur: Reprobi verò circa fidem, ore confitentes se nosse Deum, factis autem negantes, dignos pœnitentiæ fructus agant, resipiscant à diaboli laqueis, reuertatur ad dominum Deum suum, dignè Deo & euangelio gratiæ eius, quod reliquum est in carne uiuant temporis. Et hoc facit, quia amat animas, & non vult aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Vult namq; omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem sui nominis peruenire.

Sic dat exasperatoribus suis tempus & locum pœnitentiæ: sed illo abutuntur filij desertores in superbia sua, & nolunt pœnitere à fornicationibus suis, ignorantes, imò, scire nolentes, q̄ benignitas Dei ad pœnitentiam eos adducit: Et quod horrendum est auditu, & dictu mirabile

A ver-

verbum, diuitias bonitatis & patientiæ & longanimitatis Dei, obstinata voluntate, duro supra petram & adamante corde, contemnunt.

- C** Verum neq; sic pius pater miserator & misericors dominus, in furore suo nos arguit, neq; in ira sua nos corripit, nec secundum peccata nostra facit nobis, neq; secundum iniquitates nostras retribuit nobis: Sed quomodo miseretur pater filiorum, miseretur dominus timentibus se, quoniam ipse cognoscit figmentum nostrum imò & plus quam mater, iuxta illud: Miserebitur tui plus quam mater attestante id ipsum Esa. Nunquid potest mulier obliuisci infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamè nõ obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te. Et iterum: Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos. Hinc Moses ait: Portauit te dominus Deus tuus, vt portare solet homo paruulum suum filium, in omni via per quam ambulasti. Quia secundum altitudinem cæli & terre, corroborauit misericordiam suam super timentes se. Non potest ergo in ira sua continere misericordias suas, si relicta malicia ad eum reuertimur, si in corde verè contrito & humiliato misericordiam eius magnam imploramus cum Dauid, Manasse, Magdalena, filio prodigo & publicano. Quia suauis, benigna & pia est misericordia Dei, super omnia opera eius. Quapropter dignè & absque omni excusatione damnantur, qui diuitias misericordię Dei contemnunt. Sed qui sunt illi?
- D** Vatum maximus respondet: Misericors omnibus qui operantur iniquitatem. Iniquitas verò, Ioanne apostolo teste, peccatum est: Sed nunquid Deus peccatoribus nõ miseretur? Non miseretur peccatoribus, addentibus prauaricationes, peccata super peccata cumulantes, trahentes iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustrum peccati. Nõ miseretur peccatoribus, instar iumentorum in suis

suis stercoreibus computrescentibus: Qui lætantur cū ma- *Prou. 2.*  
 lesecerūt, & in rebus pessimis exultant: Qui gloriantur in *Psal. 51.*  
 malitia, & q̄ potentes sunt iniquitate: Qui per risum ope- *Prou. 10.*  
 rantur scelera, aut cōplacent sibi in peccatis suis, aut ea ne-  
 gāt, aut in cathedra pestilentiaē sedētes, malitias suas alios *Hiere. 2.*  
 docent, dicentes bonū malum & malum bonū: ponentes *Eesai. 5.*  
 lucem in tenebras, & tenebras in lucem: Docentes dulce  
 amarum esse, & amarū dulce. Miseretur aut̄ om̄ibus inuo- *Roma. 10.*  
 cantibus eum in veritate, & ijs qui declinant à malo & fa- *Psal. 144.*  
 ciunt bonū. Miseretur impijs qui derelinquunt vias suas *2. Tim. 2.*  
 impias, & cogitationes suas pessimas, & in toto corde suo *Esaia 55.*  
 conuertuntur ad eum in ieiunio & fletu & planctu, & scin- *Iohel. 2.*  
 dunt corda sua, & non vestimēta sua. Hanc misericordiam *Rom. 9.*  
 electū, vasa misericordiæ & in honorem, quæ se emundant *2. Tim. 2.*  
 ab om̄ibus inquinamentis carnis & spiritus, & sanctifica-  
 tionem suam perficiunt in timore Dei, cōsequuntur, filij *Eesai. 1.*  
 regni & obedientiaē, qui ambulant in lege domini. Filios *Heb. 10.*  
 verò sceleratos, semen nequā, gentem paccatricem, popu-  
 lū grauē iniquitate, incredulos, subuersores & exasperato-  
 res, ira Dei manet, & terribilis expectatio iudicij, ac ignis  
 æmulatio qui cōsumpturus est prouocatores Dei, qui sunt  
 ex cōtentione, & nō solum nō acquiescunt veritati, sed ve *Rom. 2.*  
 ritati resistūt & cōtradicunt, et credunt mendacijs, cōsen-  
 tiuntq̄; iniquitati et cæcis ducibus, qui aures prurientes ti- *2. Thes. 2.*  
 tillant, instabiles fascināt, ac per dulces sermones et bene-  
 dictiones, corda innocentium seducunt: Hos inquam, ira *Rom. 16.*  
 Dei manet, tribulatio et angustia, et omnes hominum  
 animas operantes iniquitates superuacue.

De duabus vijs Domini.

Cap. II.

**D**Auid ait, omnis cōsummationis finem videns: Vni- *A*  
 uersæ viæ domini misericordia & veritas. Miseri- *Psal. 24.*  
 cordia, in bonitate permanentes, coronat: Veritas iudicij,

A 2 ambu-

- Hier. 6. ambulantes in delictis suis, & verbum Dei non suscipientes sed blasphemantes, deridentes, & post dorsum suum proijcientes, damnat. Sic misericordiam & iudicium cantabunt electi domino in æternum, hoc est, bonitatem & seueritatem. Bonitatem eius, in vasis electionis & misericordix: seueritatem verò, in vasis iræ & contumeliæ, qui ceciderunt operando iniquitatem, omni viæ non bonæ assistentes, iniquè vsquequaq; & supuacue agendo & nõ adiecerunt vt resurgerent à somno & morte peccatorum pessima, vt illuminaret eos Christus: magis verò in peccatis suis permanserunt, & perierunt absq; vlla spe. Hinc rursus ait vir secundũ cor Dei: Duo hæc audiui, cum in me loqueretur Deus: quia potestas Dei est & tibi domine misericordia: quia tu reddes vnique iuxta opera sua: Hijs qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud, gloriam, honorem, & incorruptionem: & quam per bona opera in patientia querunt, vitam æternam: His autem qui non sunt ex Deo, & ideo verbum Dei non audiunt, vel si audiunt, non custodiunt, nec fructum eius referunt, magis autem legem Dei exercituum calce abijciunt, & eloquium sancti Israel blasphemant, ac opprobrijs conspurcant, quod est iniquitas maxima, & dicunt ex malo cordis sui thesaurorum: Prophetæ in ventum locuti sunt, & responsum Dei nõ fuit in eis, sicut filij quoq; Belial & desertores ad Hieremiam dixerunt: Mendacium tu loqueris, non misit te dominus Deus noster: Istis (inquam) derisoribus verbi Dei, parata sunt iudicia dura & sine misericordia, & mallei percutientes parati sunt istorum stultorum corporibus. Euge ergo ab ira agni, & à facie gladij ex ore eius procedentis, ex vtraq; parte acuti, quod, teste Apostolo, est verbum Dei viuentis: Quoniam vltor est iniquitatum gladius iste: & scitote esse iudicium. Sed beati sunt, & bene illis erit, cum Deus iudicauerit orbem terrarum in iustitia, & po-

& populos in æquitate, qui nunc audiunt verbum Dei, *Luc. 8.*  
 & custodiunt illud, fructumq; eius adferunt in patientia:  
 quia cum agno in regnum eius intrabunt, & regnabunt cū  
 eo in secula seculorum. *Matt. 25.*

Ex uerbo Dei deprauato infinita mala pullu-  
 larunt. Cap. III.

**I**N confesso est, quod omnis huius periculosi tempo-  
 ris controuersia ex uerbo Dei insincerè prædicato, de *2. Cor. 2.*  
 prauato, adulterato, & ad nothū sensum detorto per pseu-  
 dochristos & apostolos & operarios subdolos, sit exorta:  
 Qui dum agni extuio se occultant, cum intrinsecus sint *Matt. 7.*  
 lupi rapaces, & transfigurent se in Apostolos Christi, ve- *2. Cor. 11.*  
 ritatis ac iusticiæ præcones, vindicatores euangelij, uer-  
 bi Dei ministros, fidei Iesu Christi disseminatores, mul- *1. Pet. 4.*  
 tiplicis itē gratiæ Dei in alios distributores, sub fuco pie- *Gal. 3.*  
 tatis imponunt incautis, seducunt innocentes, fascinant  
 insensatos, turbant pacem habentes, dissensionibus replēt *1. Tim. 3.*  
 vno more in domo Dei cōuersantes, quæ est Ecclesia Dei  
 uiui, columna & firmamentum ueritatis: quo factum est,  
 qui ante paucos dies id ipsum dicebant, qui perfecti erāt  
 in eodem sensu & in eadē scientia, qui id ipsum sapiebant  
 omnes in alterutrum secūndum Iesum Christum, atq; vna- *1. Cor. 1.*  
 nimes vno ore honorificabant Deum & patrem domini *Rom. 15.*  
 nostri Iesu Christi: nunc heu à pacis ueritatisq; inimicis,  
 à filijs diaboli ab omni iusticiæ æmulis, à uiarum Dei re- *Act. 13.*  
 ctarum sanctissimarumq; subuersoribus sunt corrupti, se-  
 ducti, subuersi. Seduxerunt ecce multos, & nisi à dextera  
 Dei dimicatū esset pro electis, hos quoque induxissent in  
 errores suos execrādos. Sed oues Christi hoc signaculū ha- *Mat. 24.*  
 bent, quod uocem alienorū non audiunt, nec eos sequun- *Ioan. 10.*  
 tur, sed fugiunt ab eis, nec nouerunt eos: Attendunt sibi *Matt. 7.*  
 à falsis prophetis perinde ac à facie colubri, & à romphæa

**ECCL. 21.** bis acuta, cuius plagæ non est sanitas: Ideo non pereunt in æternum, nec rapere eas quisquã potest de manu Dei. Nec mirum hoc est de tenebrarum filijs & populi fascino-  
**2 Cor. 11.** de. Nam & ipse Satanas transfiguratur se nonnunquam in angelum lucis. Non ergo magnum, si ministri eius & filij, transfigurentur veluti ministri iusticiæ forent. Verùm à fructibus sunt cognoscendi, & discernèdi à ministris Christi, & veris doctoribus Euangelij gratiæ & regni, ut loco infirmis diceretur.

*De uaria acceptione uocula uerbi Dei, maxime uer-*

*ro de eaque huic tractioni deser-*

*uit. Cap. IIII.*

**A** Verùm ne hallucinemur in uocula scire operepre-  
**Heb. 5.** tium est, quòd multiplex est uerbum Dei, ut omni-  
**Ioan. 1.** bus qui in scripturis sacris exercitatos sensus pro consue-  
**Heb. 1.** tudine habet, est notissimum. Verùm nos impresentiarum,  
**Sap. 7.** breuitatis gratia, de triplici acceptione uerbi Dei dice-  
**ECCL. 1.** mus, nostro deseruiente instituto. Nam de uerbo Dei pa-  
**1. Cor. 1.** tris &c. Nam de uerbo Dei patris increato seu æterno ser-  
**Psal. 32.** monè lógum hic texere non est animus de uerbo (inquã) Dei  
**Ioan. 1.** quod erat in principio apud Deum, & erat Deus, unius  
 nature, essentia & substantia cum Deo patre: Per quod  
 pater fecit omnia, quæ cæli & terræ ambitu continentur.  
 Verbum hoc, splendor est paternæ gloriæ, & figura substantiæ  
 eius, imago Dei inuisibilis, vapor uirtutis Dei, & emana-  
 tio claritatis Dei sincera. Hoc est, speculum sine macula  
 Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Verbum hoc, fons  
 est sapientiæ. Imò, est ipsa uirtus & sapientia patris. Verbo  
 illo, cæli qui enarrant gloriam Dei, & in quibus habitat  
 Deus, firmati sunt, & spiritu oris eius est ois uirtus eorum.  
 At de uerbo isto, & generatione eius æterna quod in plenitu-  
 dine

dine temporis & in fine seculorum, caro factum est, & habitavit in nobis, plenum gratia & veritate, ad præsens sub-  
tendunt censui.

Verbum Dei propriissimè ipsum est Euangelium  
gratiæ Dei: caput V.

**A**D scopum verò nostrum loquendo, verbum Dei **A**  
propriissimè, viuificum & benedictum Christi di-  
citur euangelium. Nam cum Deus olim multifariam mul- *Heb. 1.*  
tisq; modis patribus locutus fuisset in prophetis, nouissi- *2. Cor. 6.*  
mè in tempore accepto & in diebus salutis locutus est no-  
bis in dilecto filio suo, quem ante luciferum ex vtero suo  
genuit per què fecit & secula: Omnia per ipsum (ait apo- *Col. 1.*  
stolus, ) & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & om-  
nia in ipso constant. De ipso verbo Dei rursus scriptum  
est: Videns Iesus turbas, ascendit in montem, & cum se- *Matt. 5.*  
disset, aperuit os suum, dicens: Beati pauperes spiritu.  
De ipso etiam pater caelestis dixit: Hic est filius meus di- *Matt. 3.*  
lectissimus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. *Luc. 3.*  
Qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo, *Deut. 18.*  
audire noluerit, ego ultor existam: Quæ verba de Chri- *act. 2.*  
sto dicta esse, apostolus Petrus attestatur, & Stephanus *7.*  
in actis Apostolorum: Ipse exterminabitur de plebe, de-  
lebitur de libro vitæ. Ille est doctor iusticiæ, quia viâ Dei *Ioel. 2.*  
docuit in veritate. Ideo super prudentia & responsis eius *Matt. 22.*  
stupebant omnes qui eum audiebant, cum annos 12. na- *Luc. 2.*  
tus fuisset. Vnde & postea dixerunt: nunquam sic locutus *Ioel. 7.*  
est homo.

Euangelium proinde omni est honore dignissimum:  
quia summum Dei donum, de corde Christi ortum & ef- *Cant. 4.*  
fluens, vt fluminis impetus ciuitatem Dei lætificans  
de fonte hortorum et puteo aquarum viuentium. E-  
uangelium, vel potius cor Christi, in quo omnes thesauri  
sapi-

sapi-



- Col. 2. sapientiæ & scientiæ Dei sunt absconditi, plenum gratia  
 Esa. 58. & veritate est, sicut hortus irriguus, & sicut fons aquarum  
 viuentium, quæ saluunt in vitam æternam, cuius aquæ nõ  
 Exod. 1. deficiunt, sed de cuius plenitudine omnes esurientes & sitientes  
 iusticiam, saturantur, & omnibus bonis implètur,  
 atque emunt absq; auro & argento & quauis commuta-  
 tione, vinum & lac, & gratiam pro gratia. Speramus pro-  
 inde in Christi indeficientem gratiam, quæ nobis offertur  
 i. Pet. 1. in euãgelio gratiæ eius. Oportet reuera abudatius nos ob-  
 seruare verbum Christi quod audiimus, ne forte peres-  
 fluamus. Si em̄ sermo, qui per angelos dictus est, legis Mo-  
 si, factus est firmus, & ois p̄uaricatio & inobediẽtia accepit  
 Heb. 2. iustam mercedis retributionem, quomodo nos effugie-  
 mus manũ Dei in quã incidere, horrendũ est) si tantã neg-  
 lexerimus salutẽ p̄ Iesum Christũ oblatã? Cuius verborũ  
 Heb. 10. initiũ accepissent enarrãdi per eũdẽ dñm Iesum Christũ,  
 Heb. 2. ab eis qui audierunt, in nos confirmata sunt, contestante  
 Deo signis & portentis & varijs virtutibus & spiritus san-  
 cti distributionibus, secundum suam voluntatẽ. Quapro-  
 pter quanto Christus filius Dei naturalis, maior est ange-  
 lis, & ampliori gloria dignus præ Mose, tanto euangeliũ  
 excellit legem. Ideo euangelij laudes, dignitatem, utilita-  
 tem & maiestatem, nemo verbis potest assequi, etiã si ho-  
 minum linguis omnium loquatur & angelorum.

*Encomia Euangelij ex parte perstringuntur.*

*Cap. VI.*

**A**ET vt breuiter nõ nihil balbutiẽte lingua de laudib; verbi eius eructem, reuera vno tantũ gradu à Christo differt, qui est Deus Deorum, Deus scientiarum, sanctus sanctorum, rex regum, Dominus dominantium, salus omnium piẽ in ipso viuentium, & iudex viuorum & mortuorum.

*Ampli.*

*Psal. 49.*

*1. Reg. 2.*

*Ast. 10*

Amplius, vt occasionem dem sapientibus, & quasi per  
 trāsennam quid malum ostendam, In confesso est, quòd  
 Christus est sapiētia & virtus, verbum, lux, lumē, sol, fons *1. Cor. 1.*  
 viuis, via, veritas, vita, imago patris, speculum sine macu- *Ioan. 14.*  
 la, splendore gloriæ, figura paternæ substantiæ &c. Et quid  
 obsecro est verbum Dei & Enangelium regni aliud, nisi  
 sapientiæ sapientia, virtutis virtus, verbum verbi, lux lu- *Ioan. 1.*  
 cis omnem hominem in hunc mundum venientem il-  
 luminans, lumen luminis inextinguibile, radius solis iu-  
 stitiæ, riuus fontis viui, via viæ, veritas veritatis, vita vi-  
 tæ? Est vapor virtutis Dei & emanatio quædam clarita- *Sap. 7.*  
 tis omnipotentis Dei sincera, est candor lucis æternæ &  
 speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis  
 illius. Et cū sit vna veritas, vita, via, lux, & salus, doctrina *Esa. 40.*  
 Christi euangelica, omnia potest, & in se permanens (quia *1. Pet. 1.*  
 verbum domini manet in æternum) omnia innouat, &  
 per notiones in animas se transfert: & non solum amicos  
 & prophetas, sed & filios Dei, imò Deos constituit, qui *Sap. 7.*  
 illud audiunt & custodiunt. Neminem enim Deus diligit, *Gen. 3.*  
 nisi qui cum sapientia hac, sapientiæ inhabitat. Est semē *Gen. 22.*  
 feminis illius, quod caput serpentis contriuit, & in quo *1. Pet. 1.*  
 benedictæ sunt omnes tribus terræ. Est semen illud in-  
 corruptibile, ex quo nascimur vel potius renascimur ex  
 Deo, & filij Dei efficimur: non ad imaginem Adæ præua- *1. Cor. 15.*  
 ricatoris, sed Adæ secundi & saluatoris. Nam ille terrenus *Ephe. 5.*  
 terrenos genuit & obnoxios morti atque maledictioni:  
 Hic verò cælestis est, & cælestes filios generat per ver- *Tit. 3.*  
 bum & aquam ac renouationem spiritus sancti, vt qualis  
 cælestis, tales sint & cælestes. Hinc frater domini Iacobus, *Iacob. 1.*  
 pietatis Dei viscera erga nos secum reputans, ait: Volunta-  
 riè nos genuit verbo veritatis, vt simus initium aliquod  
 creaturæ eius. Verùm, dum facimus veritatem, ambula-  
 mus sicut Christus ambulauit, abnegamus nosmetipsos  
 B & se-

*Luc. 14.* & sequimur eum, conformes nos facimus imagini Christi,  
*Eph. 4.* tollimus crucem nostram & sequimur illum quotidie,  
*1. Par. 11.* tunc crescimus in illo per omnia in charitate. Tunc cum Dauid  
*1. Tim. 4.* imus & crescimus in gratia in sapientia & aetate ac  
 proficimus, adeo ut profectus noster notus fiat omnibus,  
 & dominus exercituum sit nobiscum. Sic enim David,  
*2. Reg. 3.* Samuel, & Christus profecerunt, eundo de virtute in virtutem,  
 & semper seipsis robustiores fiebant in Deo. Maledicti proinde, non solum  
 qui declinant a mandatis Dei in obligationes peccatorum, & sermones  
 Dei pessime transgrediuntur: sed & illi in eadem damnatione sunt  
 qui verbum Dei, negligenter audiunt, in corde suo non retinent,  
 nec abscondunt ne domino peccent: sed audiunt, mox diabolus de corde  
 suo tollere permittunt. Quia teste Aurelio, non minus erit reus, qui  
 verbum Dei negligenter audit: quam ille, qui corpus Christi sua negligentia  
 in terram cadere permittit, quia non minus est quodam modo verbum  
 Dei quam corpus Christi. Apud Lutheranos vero, nefas hoc, pro minimo  
 habetur. Imo pro nullo reputatur. Quia calicis consecrationem de industria  
 sapius effundunt, & hostias post communionem populi remanentes  
 in altari, rapidis ventis tollendas, aut canibus aut muribus deuorandas  
 relinquunt.

*Euangelium est lex noua cap. 7.*

*Hier. 31.*  
*Heb. 8.*  
*Iacob 4.*

**E**uangelium est lex noua, in cordibus discipulorum descripta  
 lingua Christi, quae calamus fuit scribae spiritus sancti velociter  
 scribentis, & sine mora temporis omnem veritatem docentis.  
 Hinc Iacobus ait: Vnus est legislator Christus Iesus, heri & hodie ipse &  
 in secula. Nihilominus Lutherum non puduit dicere in praefatione  
 in euangelia Christi, Christum non esse legislatorem, nec euango-

euangelium legis quicquam habere. At valeat fascinator ille. Nos scimus, quod euangelium lex Dei noua est, veterem supplens & perficiens, quod Apostolus Iacobus legē regalem vocat: quæ à rege regum data, obseruatores suos reges facit, & ad regnum cælorum perducit.

Vocat id quoq; legem perfectæ libertatis, quia à seruitute diaboli & peccatorū, à graui iugo legis, nec non à seruitute corruptionis vindicat suos obseruatores, adferens eis libertatem gratiæ & gloriæ filiorum Dei.

Est quoq; euangeliū lex fidei reuelatæ, in qua iustificamur, & adoptionem accipimus Filiorum Dei.

Est lex spiritus & vitæ, quia à spiritu sancto in cordibus apostolorum descripta, quæ spirituales homines facit, qui in spiritu viuunt, ea quæ spiritus sanctus sentiunt, in spiritu Deo seruiunt, in spiritu & veritate Deum adorant, & à spiritu sancto aguntur & deducuntur super semitas iusticiæ in terram rectā. Est lex vitæ quia liberat à lege peccati & mortis.

Est lex Christi (Apostolo Paulo.

Est lex clementiæ, quia nō reddit malum pro malo per legem talionis, sed vincit in bono malum, & omnia suffert & sustinet in patientia propter Deum.

Huius euangelij & verbi Christi epitheta multa sunt, & super mel & fauum dulciora: quorum hic summis digitis siue labijs ad laudem Euangelij & verbi Dei aliqua breuiter tangemus.

*Euangelium multa & augustissima nomina  
habet. Cap. 8.*

**D**icitur namq; nouum testamentum euangeliū, hoc A est, bonū, letum et iucundissimū nunciū. Quia in eo euāgelizatur gaudiū magnū, quod est omnibus populis in terra habitantibus, quibusq; terrigenis & filijs hoim,

**B 2 simul**

- simul in vnum diuitibus & pauperibus. In eo euangelizatur inuestigabiles diuitiæ Christi, quibus diues est in omnes qui inuocât eum in ueritate, & thesauros eorum replet, sic quòd nihil eis in vlla gratia deest
- Rom. 10.** tur inuestigabiles diuitiæ Christi, quibus diues est in omnes qui inuocât eum in ueritate, & thesauros eorum replet, sic quòd nihil eis in vlla gratia deest
- Pro. 8.** tur inuestigabiles diuitiæ Christi, quibus diues est in omnes qui inuocât eum in ueritate, & thesauros eorum replet, sic quòd nihil eis in vlla gratia deest
- Rom. 1.** Vocatur autem Euangelium Dei, quia Deum cognoscere per fidem electorum, in Deum sperare, & Deum diligere docet, & obseruatores auditoresq; suos Deos facit & filios excelsi omnes.
- 2. Cor. 11.** Vocatur autem Euangelium Dei, quia Deum cognoscere per fidem electorum, in Deum sperare, & Deum diligere docet, & obseruatores auditoresq; suos Deos facit & filios excelsi omnes.
- 1. Tim. 1.** Vocatur autem Euangelium Dei, quia Deum cognoscere per fidem electorum, in Deum sperare, & Deum diligere docet, & obseruatores auditoresq; suos Deos facit & filios excelsi omnes.
- Psal. 81.** Vocatur autem Euangelium Dei, quia Deum cognoscere per fidem electorum, in Deum sperare, & Deum diligere docet, & obseruatores auditoresq; suos Deos facit & filios excelsi omnes.
- Ioan. 10.** Vocatur autem Euangelium Dei, quia Deum cognoscere per fidem electorum, in Deum sperare, & Deum diligere docet, & obseruatores auditoresq; suos Deos facit & filios excelsi omnes.
- Pil. 1.** Vocatur autem Euangelium Dei, quia Deum cognoscere per fidem electorum, in Deum sperare, & Deum diligere docet, & obseruatores auditoresq; suos Deos facit & filios excelsi omnes.
- Matt. 4.** Appellatur euangeliû regni, quia auditores & factores suos, reges facit & regnum Dei, quod intra nos est, & consistit in iusticia & pace & gaudio in spiritu sancto: Tum quòd per illud ingressus est in regnum ecclesiæ, & demum id regnum cælorum, quod iustis & Euangelij obseruatoribus paratum est ab origine mundi.
- Luc. 8.** Appellatur euangeliû regni, quia auditores & factores suos, reges facit & regnum Dei, quod intra nos est, & consistit in iusticia & pace & gaudio in spiritu sancto: Tum quòd per illud ingressus est in regnum ecclesiæ, & demum id regnum cælorum, quod iustis & Euangelij obseruatoribus paratum est ab origine mundi.
- Rom. 14.** Appellatur euangeliû regni, quia auditores & factores suos, reges facit & regnum Dei, quod intra nos est, & consistit in iusticia & pace & gaudio in spiritu sancto: Tum quòd per illud ingressus est in regnum ecclesiæ, & demum id regnum cælorum, quod iustis & Euangelij obseruatoribus paratum est ab origine mundi.
- Matt. 25.** Appellatur euangeliû regni, quia auditores & factores suos, reges facit & regnum Dei, quod intra nos est, & consistit in iusticia & pace & gaudio in spiritu sancto: Tum quòd per illud ingressus est in regnum ecclesiæ, & demum id regnum cælorum, quod iustis & Euangelij obseruatoribus paratum est ab origine mundi.
- Eph. 6.** Vocatur euâgelium pacis, externæ, internæ & æternæ. Externam pacem docet & mādāt: In interna pace cordis Deus habitat. Aeternam pollicetur: Ergo beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.
- Rom. 10.** Vocatur euâgelium pacis, externæ, internæ & æternæ. Externam pacem docet & mādāt: In interna pace cordis Deus habitat. Aeternam pollicetur: Ergo beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.
- Matt. 6.** Vocatur euâgelium pacis, externæ, internæ & æternæ. Externam pacem docet & mādāt: In interna pace cordis Deus habitat. Aeternam pollicetur: Ergo beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.
- Apo. 14.** Vocatur euangelium æternum: quia post illud aliud non sequetur: Tum quòd æterna docet amare & quærere: Tum quòd æterna gaudia facientibus illud, reddit.
- Aët. 20.** Appellatur Euangelium gratiæ: quia gratiam sine delectu omnibus offert.
- 1. Pet. 1.** Appellatur Euangelium gratiæ: quia gratiam sine delectu omnibus offert.
- 1. Tim. 1.** Vocatur euangelium gloriæ beati Dei: quia gloriam verâ tribuit quæ est testimoniû conscientiæ puræ, quæ à solo Deo est, in vita quæ nunc est, & gloriæ cælestis, in vita futura omnibus, qui faciunt & docent illud, largitur.
- 2. Cor. 1.** Vocatur euangelium gloriæ beati Dei: quia gloriam verâ tribuit quæ est testimoniû conscientiæ puræ, quæ à solo Deo est, in vita quæ nunc est, & gloriæ cælestis, in vita futura omnibus, qui faciunt & docent illud, largitur.
- B** Sic dicitur etiam verbum gratiæ Dei, quam offert omnibus & bonis & rectis corde largitur.
- Aët. 20.** Verbum vitæ, quia mortuos in delictis & peccatis viuificat.
- Ioan. 6.** Verbum vitæ, quia mortuos in delictis & peccatis viuificat.

ficat: Loquimini (ait angelus ad Apostolos) verba vitæ *Act. 5.*  
huius.

Verbum salutis, quia perditos saluat, & omnia anima- *Act. 13.*  
rum vulnera, sanat.

Verbum bonum, quia de bono thesauro cordis Chri- *Sapient. 8.*  
sti eructatum est, & de malis bonos facit. *Matt. 12.*

Verbum rectum, quia rectos corde facit.

Veritatis, quia à Christo qui veritas est, promulgatum, *Psal. 31.*  
omnia promissa Dei fideliter adimplet: & veraces factores  
suos in verbis, in vita & iustitia facit.

Est verbum solatij, quia testes consolatur in omni tri- *Rom. 15.*  
bulatione eorum. *1. Mach. 12.*

Vocatur verbū sobrietatis & veritatis ab Apostolo Pau- *Hebr. 13.*  
lo, quia electos facit in fide non alta sapere, sed ad sobrie- *Act. 26.*  
tatem, & sobriè, piè & iustè vivere in hoc seculo. *Rom. 12.*

Dicitur quoq; verbū absconditum, scilicet sapientibus *Tit. 2.*  
& prudentibus apud semetipsos & in oculis suis, & qui- *Matt. 11.*  
bus Deus huius seculi mentes excæcavit, aut malitia, ne *Iob 4.*  
eis illuminatio euangelij fulgeat. Sed hæc sufficiat de ver- *1. Cor. 4.*  
bo Dei quod est euangelium Christi, in præsentiarum.

*Verbum Dei, propriè, est canon scripturæ. Cap. IX.*

**S**ecundo loco, verbum Dei propriè dicitur & est, quic- *A.*  
quid in sacro scripturæ canone continetur. Vt, verbi  
gratia, libri Mosis, agiographa, prophetarū oracula, & apo-  
stolorum euāgelistarumq; monumenta. Neq; enim Deus  
immediatæ legem Mosis siue pentatencum dedit & locu- *Act. 7.*  
tus est cum eo, sed angelus Dei in persona Dei, vt Stepha- *Hebr. 2.*  
nus dixit ad perfidos Iudæos, & apostolus ad Hebræos & *Galat. 3.*  
Galatas. Sic & Deus olim multifariam multisq; modis no- *Hebr. 1.*  
bis locutus est per prophetas qui à seculo fuerunt. Sed nec *Luc. 1.*  
apostoli erat qui loquebantur cum omni fiducia verbum *2. Pet. 1.*  
dei, sed spiritus sanctus loquebatur in eis. Et ipse virtus & *Matt. 10.*

B 3 sapi-

sapientia patris Christus Iesus, dedit eis os & sapientiam, cui non potuerunt resistere & contradicere oēs aduersarij eorum. Hinc tuba euangelij de seipso dicit: An experimentū quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Et iterum: Deus posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro 2. Cor. 5. Christo ergo legatione fungimur, tanq̄ Deo exhortante 1. Thef. 4. per nos. Et iterum: Qui hæc quæ docemus, spernit, non hominē spernit, sed Deū, qui etiam dedit spiritū suū sanctū in nobis. De hac bifida verbi Dei acceptione, si delium piē in Christo viuentium dubitat nemo. Quāuis apostolus Satanæ Lutherus, impiē iuxta ac impudenter, euangelium Lucæ sugillet: & apostolorū Iacobi & Iudæ epistolas, cum ea quam ad Hebræos scripsit Paulus: & Apocalypsim Ioannis de sacro ecclesiæ Dei canone explodat.

**B** Sed nostra quid refert? accipiat, damnet libros istos Imael Lutherus: quando & illos quos maximis laudibus effert, libros sanctos, corrumpit, adulterat, & falsis interpretationibus aut glossematibus deprauat: Aut vertit & inuertit prout spiritus suus mendax & vertiginosus, docet, seducit & vrget. Si sermones eius recti, iusti & veritas ipsa sunt, cur toties corrigit, mutat, vertit & inuertit q̄ transfudit & dedit in lucem? Veritas omnia vincens, immutabilis est, iusticia inflexibilis. Rectū, angulos & sinuosas obliquitates non habet. Si apostolus Christi, si euāgelista est, si verus ecclesiastes & verbi Dei inculpatus præco, (vt falso gloriatur) oportet verbum eius, est est, non non esse. At, ab illo scopo tam longo distat interuallo, quantum ortus distat ab occidente & cælum à terra. Videant qui volunt, quomodo in hac parte Vuicelius huic Cumano asino, leonis exuium detraxerit in veteri, & Emserus in nouo testamento. Verè verè, seducens gentem, aliquem magnum se esse dixit Simon ille. Et verè magnus, non bonitate & iustitia aut sanctitate, vt Ioannes, sed malitia, dolo, frau-

Act. 8.

Luc. 1.

fraude, iniquitate, & hæretica prauitate. Ideo memoria eius in maledictione est apud omnes veritatis cultores & amatores.

Sed nihil damnationis hic est ouibus Christi, quia à lū-  
 pis istis sibi attendunt, alienos non audiunt, sed Christum *Matt. 7.*  
 sequitur & audiunt, & sponsam eius ecclesiam, quæ colū- *Ioan. 10.*  
 na est & firmamentum veritatis. Lutherū verò, omni do- *1. Tim. 3.*  
 lo plenum & omni fallacia, filium diaboli inimicum omnis *Act. 13.*  
 iusticiæ, nunquam cessantem subuertere vias domini bo-  
 nas & rectas, vt serpentis antiqui & Satanæ (qui per eum *Gene. 3.*  
 seducit instabiles in fide, & leues corde: qui credunt omni *2. Cor. 11.*  
 verbo & quolibet mouentur vento doctrinæ, in nequitia *Ephe. 4.*  
 hominum & astutia) verba abominantur, & insanias eius  
 falsas. Sed & cane peius & angue fabulationes eius detestā-  
 tur, & eundem quouis ethnico & publicano minoris faci-  
 unt: Eò q̄ sermones suos mollit super oleum, pacti dei sui *Prou. 2.*  
 cum colluue sua obliuiscitur; & inclinata est ad mortem *Eccl. 5.*  
 domus eius; & ad inferos semitæ ipsius. Sed & secum repu- *Deute. 32.*  
 tant, q̄ omnes qui ingrediuntur ad eum; non reuertuntur *Acto. 1.*  
 ad Deum quem dereliquerunt, nec apprehendunt semi- *Prou. 11.*  
 tas vitæ: sed sicut Iudas proditor, moriuntur in peccatis su-  
 is, & pereunt absq; vlla spe.

Verum, si libri isti ex canone essent eximendi, ac velut **D**  
 stercora & peripsema abijciendi, quia dicit hoc Lutherus  
 impius: etiam totum vetus testamentū cum actis Aposto- *Cōtra fau-*  
 lorū esset abijciendū, quia libros istos pater Lutheri, dam- *stum li. 22.*  
 nauit scelestus Manichæus, teste Augustino: Et quod his *cap. 1.*  
 amplius est, nec totum euāgelium recepit Manichæus, sed *Cōtra fau-*  
 in multis locis deprauatū esse asseruit. Quicquid ad impia *stum li. 32.*  
 sua paradoxa firmando trahi potuit sincerum euāgelium *cap. 16.*  
 esse dixit, quicquid sibi manifestè aduersabatur, addita-  
 mentum Leuiatan & à falsarijs additum mentiebatur. Ma-  
 nichæus vetus testamentū dicit à diabolo cōfictū. Luthe-



rus epistolam S. Iacobi ait esse stramineam, & nihil apostolici spiritus habere. Contrà verò catholica sentit Ecclesia, cui Lutheri scripta sunt abominanda stercorea, venenum aspidum insanabile, calix prostitutionis & Babylonis: Vel vt Hieremias ait: Sunt calix furoris & iræ Dei, sunt feces de vinea Sodomorum & de suburbanis Gomorræ, de quibus bibunt, turbantur & insaniunt omnes peccatores terræ. Deuter. 23. Amplius, perfidi Iudæi totum vetus test. accipiunt, et totum test. nouum execrantur. Epistolas dñi apostoli Pauli damnant vniuersas Hebion et Cherinthus, vasa iniquitatis bellantia cum Euangelio Iohannis. Carpocrates solo vtitur Euangelio secundum Matthæum, alia temnit. Infanus Marcion omnia euangelia circumcidit, et epistolas Pauli, multa ex eis abijciendo, prout spiritus suus malus eum docuit, teste Irenæo. Beghardus, vas contumeliæ, ridet atq; exhibilat euangelia Marci & Luca. Sadducæi omniū rudissimi asini & insanissimi, prophetas execrabantur & hagiographos libros canonis sacri. Hermogenes vas diaboli, & perditionis filius, Apocalypsim Iohannis apostoli sugillauit quàm impudentissimè calumnijs falsissimis. Sed sicut ecclesia Dei, harum pestium calumnias falsas surda aure pertransiuit, sic nec Lutheri vanissimi & damnati apostatæ, blasphemias aduertit. Sirenum voces, & Circes pocula nouit. Qua & impudentia et impietate priores hæretici, eadem Lutherus sacrum canonem bibliorum mutilat, et libros quosdam ex eo proscindit. Verùm, si hoc licebit breui totus scripturarum canon proijcietur à filijs tenebrarum (qui tenebras errorum magis diligunt quàm lucem veritatis, in scripturarum sacrarum canone relucens) in tenebras exteriores. Et iterato tenebræ infidelitatis operient terram, et caligo errorum populos, et erit error nouissimus priore multo peior.

L. 1. c. 26.

¶ 29.

Esai. 9.

Matt. 4.

Matt. 27.

Ad

Ad ista mala & pericula pastores tacent, dissimulāt, con E  
 niuent, quia non pertinet ad eos de ouibus. Mercennarij *Ioan. 10.*  
 sunt, ideo quæ sua sunt quærunt, non quæ sunt ouium &  
 Iesu Christi. Proh scelus, solio iniquitatis appropinquāt, *Philip. 2.*  
 dormiunt in lectis eburneis, et lasciuunt in stratis suis. *Amos 6.*  
 Comedunt agnos de gregibus, et vitulos de medio armen  
 torum. Canunt ad vocem psalterij: Sicut Dauid putant se  
 habere vasa cantici. Bibunt vinum in phialis, optimo vn  
 guento delibuti, sed nihil (heu) dolēt super contritione  
 ecclesie, super dispersione ouium in montibus, super lu  
 pi rapina, grassatione, occisione, perditione. Væ ergo pa  
 storibus qui pascunt semetipfos, sed gregē dñi non requi  
 runt, non defendunt, non pascunt. At, in aëra hæc loquor, *Ezec. 34.*  
 et surdis verba facio. Nolunt em̄ intelligere vt bene agāt: *Psal. 35.*  
 Et si quis eos vno verbo offendit sanctificant super eum *Mich. 3.*  
 bellum, tollendum de terra clamant et crucifigendū, quia *Matt. 27.*  
 os suum posuit in cælum, Deum maledixit et regem. Du  
 rum proinde est contra stimulum calcitrare, et tangere nu  
 bes. Quia dulce et salutare reprehensionis verbū, quo cor  
 ripiuntur in misericordia, ne cum hoc mūdo damnentur, *i. Cor. 11.*  
 plaga inimici crudelissima iudicant esse grauius. Vnde ma  
 gistros sibi coaceruant loquentes placentia, vendētes ole  
 um, puluillos sub omī cubito manus consuentes, et cerui  
 calia sub capitibus vniuersę ætatis penentes, pax, pax, dicē  
 tes, peccatores in desiderijs suis laudantes, et iniquos be  
 nedicentes: Qui in malitijs suis reges lætificant, et in men  
 dacijs suis principes palpant. Nec scire interim volunt,  
 quod qui eos benedicunt propter fragmen panis et pu  
 gillum hordei, ipsi eos decipiunt, et vim gressuum eo  
 rum dissipant. Scient autem, sed sero nimis, cum do  
 minus simul disperdet caput, et caudam in  
 curuantem et deprauantem,  
 vna die.

C

Ver-

Verbum Dei communiter dictum, sanctorum doctorum sunt lucubrationes, ecclesie sensui conformes. Cap. X.

**A** Tertio modo comuniter dicitur verbū dei, quicquid ad diuini honoris augmentū & ædificationē fidelium, in fide vera, in pietatis studio, in charitatis feruore & bonis moribus, scribitur, ordinatur, statuitur, docetur & mandatur: Eatenus tamen, quatenus ex sacra scriptura fluit, eruiturq; iuxta veram eius intelligentiam, quam per doctores sanctos in ecclesia docuit, docet & docebit semper spiritus sanctus vsq; ad finē mūdi. Eodē modo, verba predicantiū, rectē tractantium verbū Dei, viam Dei in veritate docentiū, & in omni sapientia, vt exhibeant oēs homines pfectos in Christo Iesu sunt verbū Dei. Similiter qui verbū Dei nō adulterāt, scripturas nō deprauant, sed illas ex sinceritate tractantes, sicut ex Deo et corā Deo, in Christo loquunt. Sic & lucubrationes sanctorū doctorū, quos Dei recepit et approbavit ecclesia, verbū Dei sunt, et dici possunt et debent. Nā sicut sancti hoīes, nō voluntate humana, nec ex industria, ppria, sanctam scripturā ediderūt, sed spiritu sancto inspirati: sic sancti doctores, germanum genuinūq; scripturę sensum, ex eiusdē sancti spiritus illustratione acceperūt, et posteritati reliquerūt: ne ab impostorib; fascinari, aut à pseudoprophetis seduci, aut ab insipientiū imposturis traduci possemus, et cadere à ppria firmitate, fidei videlicet, intelligentiæ veræ, et Deo et euangelio eius digna cōuersatione. Hoc apostolus attestat dicens: Alij datur per spiritū sanctū interpretatio sermonū. Et alibi: Habētes donationes secundū gratiā que data est vobis differētes, siue pphetiæ, secundū rationē fidei: siue qui docet, in doctrina, &c. Et iterū: Deus quosdā dedit in ecclesia primò quidē apostolos, secundò pphetas, tertio doctores: deinde virtutes, exinde gratias curationū, epitulationes, gubernationes, genera linguarū, interpretationes

Sermonū. Et ad Ephe. ait: Chrs dedit quosdam apostolos, *Ephe. 4.*  
 quosdā autē pphetas, alios verò euāgelistas, alios autē pasto- *Hier. 3.*  
 res & doctores, ad informādū populū, & pascendū eos do-  
 ctina & sciētia: Doctrina, scilicet morū, & scientia salutis  
 atq; sanctorū. Et hos dedit in opus, nō dñationis, sed mi-  
 nisterij: Ad cōsummationē sanctorū in omni opere & ser-  
 mone bono, in ædificationē corporis Chri, quod est eccle-  
 sia: Donec oēs occurrant illi obuiā in aëra &c. Hinc rursus *1. Thes. 4.*  
 ait: Spiritū nolite extinguere, eundē per mala opa fugādo  
 à vobis: Prophetias nolite spernere, hoc est, sacrę scripture *1. Thes. 5.*  
 expositiones. Verū, q̄a Satanus se quoq; trāfiguratur in an- *2. Cor. 11.*  
 gelū lucis, & ministri illi in ministros iusticię, multi mul-  
 ta scribūt & docēt, nō recipiēda: Ideo subiungit: Oīa pro-  
 bate, utrū ex Deo sint, nec ne. Quod postq̄ studiosissimē  
 fecistis, sine acceptione psonarū & affectu carnali, veritate  
 & sinceritate comperta, quod bonū est, tenete. Reprobate *Eesai. 7.*  
 malū & eligate bonū: Eligite verū, dimittēdo falsum: Dis- *Leuit. 10.*  
 cernite inter sanctū & profanū, inter sanā doctrinā & per-  
 uersa dogmata hæreticorū. Hęc fugite, illa amplectimini  
 & tenete. Hinc addit Apostolus, Deū sanctos, veros, & ca-  
 tholicos dedisse doctores, ne simus paruuli sensib⁹ sed ma-  
 litia, fluctuantes & incerti, qd verū & qd falsum, qd tenē- *2. Tim. 3.*  
 dū & qd respuendū, & circūferamur quolibet vento do-  
 ctinę falsę, in neqtia hoīm mente corruptorū, reproborū *1. Cor. 14.*  
 circa fidē, vniuersas domos infanij suis falsis subuerten- *Tit. 1.*  
 tium, qui per dulces sermones & benedictiones corda se- *Rom. 16.*  
 ducūt innocentīū, & ducūt eos per vias nō bonas, quæ li- *Prou. 14.*  
 cet fascinatīs videantur bonæ, rectę & iustæ, nouissima ta- *16.*  
 men earū ducunt ad mortem. Et multi (proh scelus) am- *2. Pet. 2.*  
 bulant in eis, & sequūtur luxurias eorum. Hoc etiam faci- *Gene. 3.*  
 unt in astutia Satanica & serpentina, mentiēdo nihil pe-  
 riculi, nihil item piaculi esse in mandatorū Dei transgres-  
 sione, mādata Dei impossibilia esse obseruatu, Solam fidē

sufficere ad salutem: Bona opera nihil prodesse piè viuētib<sup>us</sup> in Christo, nec mala opera vel tantillum obesse ambulātib<sup>us</sup> Deo ex aduerso in delictis & peccatis suis, audacterq<sup>ue</sup>; Deum prouocantibus ad iracundiam in sceleribus & vanitatibus suis, ad circunuectionem erroris. Sicut namq<sup>ue</sup>; serpens Euam seduxit astutia sua in præuāricationem, sic & apostoli Satanæ, pseudochristi, ministri diaboli, duces cæci, fascinores populi, à fide electorū descendunt, attendunt spiritibus errorū & doctrinis dæmoniorū, atq<sup>ue</sup>; in hypocrisi loquuntur (sicut & pater eorū mendax) mendacia, in omni seductione iniquitatis, his qui per eunt, eò q<sup>od</sup> veritatem charitatis non recipiunt (quæ est de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta) vt salui fiant. Ideo mittit illis Deus operationem erroris, vt credant & cōsentiant mendacijs, quæ cultores peruersorū dogmatū colunt, fabricant & disseminant: vt iudicentur ad æternam damnationem oēs, qui non credunt veritati (quā sancti ecclesiæ doctores sincerè docent) sed consentiunt iniquitati, falsitati & impietati, quā lactatores & seductores impudentissimi agganniunt tota die Stentoreo clamore.

**B** Ergo, qui doctorum ecclesiæ scripta spernit, nō hoīem spernit, sed spiritū sanctū, qui eos misit, vnxit, & oēm veritatem Dei docuit, atq<sup>ue</sup>; per eos ad iustitiam omēs electos erudiuit: & quæ Iesu Christi & salutis sunt, edocuit.

**C** Sancti doctores spernendi non sunt, sed honore summo prosequendi, scripta quoq<sup>ue</sup>; eorum omī cum reuerentia applectenda. Nam sunt filij altissimi, fratres, matres, sorores, amici, pueri & membra Christi, animata templa spiritus sancti Christum & in Christum corde crediderunt ad iustitiam: sed ore & opere eum & verbum illius confessi sunt ad salutem. Taceo, quòd sunt lux mundi, sal terræ, ciuitates supra montem, & lucernæ positæ super candelabra. Taceo, quòd sunt candelabra aurea, septem donis

donis spiritus sancti quasi septem lampadibus, plena oleo *Apocti.*  
 Pietatis, et igne diuini amoris, ardentia et lucentia ante *Ioan. 5.*  
 dominum. Sunt radij solis iusticiæ, odor bonus Christi, *2. Cor. 2.*  
 sagittæ potentis acutæ: Sunt cæli, enarrâtes gloriam Dei, *Psal. 18.*  
 palmites vitis veræ, doctores in fide et veritate, duces ex- *Ioan. 15.*  
 ercitus Dei, pastores ouium Christi. Sunt riuuli, ex fonte *Esai. 45.*  
 sapientiæ et puteo aquarum viuientium exuberantes: Sūt *Eccl. 24.*  
 cæli desuper rorantes, nubes iustum pluentes, flumi-  
 na hortum plâtationum rigantia. Sunt cultores in vinea,  
 pastores in caulis, duces in Christi militia, rectores in po-  
 pulis, laboratores in agro dominico, feminatores verbi  
 Dei, ministri Christi, et dispensatores multiformis gratiæ *1. Cor. 4.*  
 Dei gratis in alios, sicut eam gratis acceperunt. Serui bo- *1. Pet. 4.*  
 ni, fideles et prudentes, lumbos præcinctos habentes, et *Luc. 12.*  
 lucernas ardentes in manibus semper tenentes, in accepto *Matt. 25.*  
 talento nunquam non negociantes, omni temporis mo-  
 mento parati, dum à nuptijs dominus reuertatur (et vt fi-  
 nem faciam sunt forma populi, exempla ouium bonorum *1. Thes. 4.*  
 operum, specula virtutum, viæ ambulâdi post Christum, *Tit. 2.*  
 Sunt stellæ mundum illuminâtes, saluatores populorum *Phil. 2.*  
 per fidem orthodoxam. Sunt patres electorum, quos per *1. Cor. 9.*  
 euangelium generât in Christum. Beati proinde sunt do- *1. Cor. 4.*  
 ctiores sancti, qui profunda fluuiorum scrutati sunt, et ab- *Iob. 28.*  
 scōdita scripturæ produxerunt in lucem, quibus Deus  
 incerta et occulta sapientiæ suæ manifestauit: Quibus da- *Psal. 50.*  
 tum est nosse mysteria regni Dei: Quibus dedit scientiam *Luc. 8.*  
 sanctorum, et cibauit pane vitæ et intellectus, potauit a-  
 qua pientia salutaris, exaltauit in verbo gloriæ: Qui as- *Esai. 48.*  
 cenderrūt vt ignis, et sermo eorum vt facula ardet, in quo *Matt. 2.*  
 rum ore lex veritatis fuit: Qui angelos vixerūt, et fuerūt,  
 ideo lex dñi de ore eorum est reqrenda. Nā p eos, quasi de *Psal. 4.*  
 occulto propiciatorio Deus loquitur pacē in plebē suā, et *Hebr. 12.*  
 docet nos vtilia in recipiendo sanctificationem eius. *Esai. 48.*

**D** Hostis ergo perniciosissimus Christi est, & Ecclesie Dei, qui hos seruos Dei proscindit conuicijs, fugillat verbis, blasphemat scommatibus, extenuat medacijs. Nam quod illi edificauerunt cum Christo, hoc isti destruunt: Quod Christus per eos plantauit, hoc illi euellunt: Quod Christus per eos collegit, hoc illi dispergunt: Quos Deus per hos vocauit, iustificauit & saluauit, illos ipsi auertunt, seducunt, damnant. Sic sanctorum doctorum mastiges derelinquunt dñm, blasphemant spiritum sanctum in eis, & eloquium sancti Israel blasphemant, quod per eos nobis est misericorditer donatum. Verum, quod sanctos doctores audit, Christus qui eos misit, & spiritum sanctum qui eos vnxit & docuit omnem veritatem, audit: Et qui eos spernit, fugillat, exhibilat & traducit impietate, Christum spernit & patrem luminum, qui sapientiam veram illis dedit affluenter, & spiritum sanctum blasphemat cuius vnctio quam habuerunt, eos docuit de omnibus. Vnde & Sodomæ & Gomorræ remissius erit in die illa, qua dominus iudicabit orbem terrarum in iusticia, & populos in æquitate, quam generationi isti Iudæorum pessimæ, incredulæ, exasperatrici: De quibus scriptum est: Subuersores tecum sunt, & cum scorpionibus habitas homines attrita fronte & duro corde: Quia nolunt intelligere vt bene agant, vt à diaboli laqueis resipiscant, vt relicta malitia ad Deum reuertantur. Vnde & Deo ope dicit & veritate: Recede à nobis, scientiam viarum tuarum, quod per sanctos doctores & electos tuos doces, nolumus. Ergo damnatio eorum iusta est, & nullam in peccatis suis excusationem habet.

*Quid sit proprie uerbum Dei, diffinitur.*

## Cap. XI.

**A** Quia propter recte uerbum diffinire sic possumus, quod est manifestatio voluntatis diuinæ Vel, uerbum Dei, si-gnum aut scriptum est, per quod nobis uoluntas Dei bona, bene placens & perfecta manifestatur: Hoc autem fit per Christi-

Christi Euāgelium, p̄ sacra scripturā libros canonicos, & p̄ sanctorū doctōrū lucubrationes. Ergo sapiētia Dei, ver-  
 bū vitę, salutis via, tripliciter (vt dictū est) est nobis descri-  
 pta: & iustificatur sapientia à filijs suis. Filij autē diaboli &  
 tenebrarū, rebelles sunt lumini, blasphemāt eloquia Dei,  
 resistūt spiritui sancto, & veritati, viā Dei blasphemant: di-  
 ligunt malitiam super benignitatem, iniquitatem magis  
 quam loqui equitatem & quæ sanam doctrinā decet, quæ  
 est secundū euāgelium glorię beati Dei, aut quæ facere  
 bonitatem docet. Ergo & finis eorum est secundū doctri-  
 nam & opera eorū & cōsummatio in inextinguibili igne.

Prou. 22.

Matt. 11.

Esai. 5.

2. Pet. 1.

Psal. 51.

1. Tim. 5.

2. Cor. 11.

Nihilominus hoc obiter dixerim, quōd doctōres san- B  
 ctos canonicis scripturis in auctoritate nō æquo p̄ oīa: vt  
 diuus Augustinus testis est locupletissimus, cuius dicta  
 partim Gratianus posuit in decretis. Sed nec oēs doctōres Dist. 9.  
 paris sunt auctoritatis, vt pulchrē gloriosus martyr & epi-  
 scop⁹ Ioānes Rossensis in prohemio quinq; librorū quos  
 in Occolampadiū apostotā elucubrauit, declarat. Ad quā  
 remitto lectorem, veritatis amatorem.

At obstrepit veritatis inimicus & sicophanta, dicēs: Do C  
 ctōres homines fuerunt, ideo errare potuerunt, imō hallu-  
 cinati sunt, quia omnis homo mendax: Sicut & nemo ire  
 potest inficias, quin humanum quid passi sint nōnunquā.  
 Vnde addunt viri mendaces Luderanę fecis: Doctōres & Psal. 11. 5  
 eorum lucubrationes nō negamus, nec abijcimus, nisi vbi  
 præter scripturam, aut contra scripturam loquuntur, aut  
 scripturam non syncerē tractant aut interpretantur. D

Verū hoc te monueri lector, esse iuxta Lut. syncerē tracta-  
 re scripturas & interpretari, eas adulterare, deprauare & ad p-  
 nicioſa impiaq; eorū dogmata firmāda, renitētes & quasi  
 capillos trahere. Quia ipsi soli sunt sapiētes, & cū ipsis sapi-  
 entia moriet, sicut & ante eos, nullus scripturā (vt ipsi lo-  
 quunt) syncerē vel interpretatus est vel rectē intellexit. Sic  
 sapien-

Iob. 11.

sapien-



Esai. 5. sapientes sunt supra modum in oculis suis, & corā semet  
 1. Cor. 8. ipsis prudentes, sapiētia quæ expers est charitatis quæ in  
 Hiere. 10. flat, & stultos facit, & decipit suos professores.  
 Esai. 47.

Doctores non sunt spernendi, eò quòd homines  
 fuerunt. Cap. XII.

Nunc cauill<sup>o</sup> iste, vera est respōsione diluēdus. Dici-  
 mus ergo: Si ideo doctores sancti cum scriptis suis  
 sunt abijciēdi quòd hoīes fuerunt, consequens foret, vt  
 prophetarum oracula & apostolorum euangelistarumq;  
 monumēta, vt stercus aspernēda essent: quia homines eos  
 fuisse, hominum dubitat nullus.

Sed neque Lutherus recipiendus est, aut quicquam ha-  
 bebūt authoritatis aut fidei, nisi hominem eum esse ne-  
 gauerimus, & diabolum eum censuerimus, in humana ef-  
 figie hominibus imponentem: sicut inuictissimus impera-  
 tor Carolus in suo decreto, quod contra eum Vuormaciæ  
 edidit, eum baptizat.

B Nec negamus, doctores sanctos aliquando dormitasse,  
 scripturas exponendo. Verum vbi cecutiuerunt, aut à ve-  
 ritatis scopo deflexerunt, in istis nec approbavit eos, nec  
 tenet, nec sequitur ecclesia Dei. Sed neque hoc ipsi sancti  
 voluerūt: Ideo scripta sua Ecclesiæ, iustorum iudicio, &  
 eruditorū corde in sapientia, examinationi submiserunt:  
 Sic nec prophetas, nec apostolos, in his quæ minus rectè  
 aut operati aut locuti sunt, imitamur, aut sequi debemus.

Impiè etiam dictum eximij prophetarum sanctos do-  
 ctores detorquet, & falsissimè: Nā doctores sancti nō ex  
 semetipsis scripturas exposuerūt, sed illuminati ex spiritu  
 sancto, vt aliunde prius est dictum: Sed ipsos Luderanos  
 mendaces, quasi coram positos digito demonstrans, & cæ-  
 teros Ecclesiæ Dei hostes subuersoresq; hæreticos, dixit:  
 Oīs homo apostata, desertor, fascinator populi, pseudo-  
 chri-

Christus, dux cæcus, magister mendax, ex proprijs cū diabolo patre suo loquens, à fide communi & electorum discipulis. *1. Tim. 4.*  
cedens, spiritibus errorum & doctrinis demoniorum attēdens, in hypocrisi mendacium garriens, & populos seducēs, mēdax est, sicut & pater suus. Hic cū patre suo, nō stat *Ioan. 8.*  
in veritate, nec diligit, nec loquitur, nec facit veritatem, sed semper peccat.

Quòd autem doctores sancti ad placitum Luderanorū, vel Suermeriorū, vel sacramentariorum, vel anabaptistarū nō exponunt scripturā, hoc omni est laude prosequendum, Nam & hoc in Augustino displicuit impio Pelagio, Donato, manicheis, Cresconio, & multis alijs Satanæ Apostolis: In Athanasio, Arrio: In Hieronimo, Vigilantio, Heluidio, Ioviniano: Imò hoc scribis, pharisæis, Saducæis, omnibusq; Christi æmulis & veritatis inimicis displicuit *Sap. 2.*  
in Christo, Nempe quòd aliter quàm ipsi, scripturas exposuit, contrarius operibus eorum fuit, peccata legis eis impropertavit, palā eos traduxit, nugaces ab eo æstimati fuerunt. Nec vlla alia ratio fuit, cur Samaritani cum Saducæis, hagiographa scripta cum Prophetarū oraculis calce abiecerunt, nisi quòd illis in diuersum legem Dei intellexerunt & exposuerunt. Hoc ipsum nunc Luthero, cæterisq; eius farinae postibus displicet in doctoribus tum priscis, tum Neotericis. Sed in quo doctores displicēt ecclesiæ Dei inimicis, in hoc maximè placent filijs obedientiæ & lucis. Nam si eas more pestium & impostorū exponerent, Christi serui fideles non essent: Nec Ecelesiastici doctores & ecclesiæ Dei propugnatores, sed veritatis inimici, fidei subuerfores, & ecclesiæ exterminatores, vineæq; dñi demolitores essent, sicut impius Lutherus cum cauda sua.

Verùm (sicut & prius dixi) ne falsa pro veris, impia pro catholicis incerta & dubia pro diuinis oraculis & certis recipiantur: fallaces enim sub nominibus apostolorum teste

D Luca

Luca nō solū euāgelia, sed & epistolas scripserūt, teste  
 2. *Thef.* 2. postolo Paulo, alij itē ex apostolis exhibāt & turbauerūt  
 Act. 15. piē in Chſo viuētes, bene currētū & in spiritu dñoseruē  
 Galat. 2. tiū euertētes aīas, q̄b⁹ apostoli nō māducauerūt, quos Ioā  
 1. *Ioan.* 2. nes vocat antichristos verbū Dei portātes in ore, q̄ vindi  
 Matt. 7. centes lupi rapaces, dolosæ vulpes, & viarū dñi subuerfores,  
 Iudas. serui ventris, & gratiæ Dei in luxuriam & in libertatē car  
 2. *Pet.* 2. nis trāflatores. Ergo omnia scripta doctorum, in lydio la  
 1. *Tim.* 3. pide examinatio ecclesiæ sunt probanda. Hæc nanq; co  
 Esai. 7. lumna est & firmamentum veritatis, mala, peruersa, impia  
 Leuit. 10. hæretica dogmata reprobans, & bona, sancta, pia, vera, ca  
 Rom. 16. tholica & salutaria dogmata eligens & tenēs. Hæc pretio  
 sum à vili separat. Hie. 15. ideo os Domini est.

F Sed & ex fructib⁹ doctrinæ nō ex verbis dulcib⁹ & bene  
 dictionib⁹, q̄bus innocētes seducūt, & paruulos lactāt do  
 ctōres cognosci debēt & iudicari de suis libris & doctrina.  
 Neq; enim omne quod auri vel argenti speciem habet, au  
 rū obrizum & argentum purum esse, statim censendū est.  
 Sic medici, nō ex promissionibus quibus afluunt, sed ex  
 egrotorū sanatione, æstimari debēt: Nec ex phaleris equ⁹,  
 Nec ex armis aureis miles, sed ex fortitudine & viribus iu  
 dicatur. Sic nec virginem aut mulierem ex vestimētis vel  
 manilibus, vel gemmis, vel catenis aureis & argenteis vel  
 teristris &c. sed ex virtutibus censere iustum est. Quia ex  
 fructibus arbor, ex sanatione medicus, ex fortitudine e  
 quus & milites, ex pudicitia virgines & mulieres, ex valo  
 re aurū & argētū, ex p̄fectu discipulorū magister, ex sancti  
 tate, iusticia & bonitate auditorū, cēsend⁹ est p̄dicator.

G Hoc modo doctōres, & digna Deo multorū scripta sunt  
 examinata iā annis plus mille, & maximo ecclesiæ cōsensu  
 recepta, tum, q̄ oēs idē in his q̄ fidei sunt sentiūt, & dicūt,  
 iuxta illud apostoli: Sitis perfecti in eodē sensu & in eadē  
 scien-

scientia. Id ipsum oēs dicūt, & nulla inter eos scismata fuerunt. Id ipsum sapuerunt & in alterutrū secundum Iesum Christū: & vnanimis, vno ore semper Deū honorificauerunt, & patrem domini nostri Iesu Christi.

Vita itē illorū sanctissima, angelica & euāgelica cōuersatio cū sanctificatiōe in oīb' opibus bonis, p̄ q̄ se ipsos exēpla & formas, quas imitarentur, alijs dederunt faciendo & docendo quæ Deo placent. Hæc opera bona, testimoniū perhibent de illis, q̄ viā Dei in veritate docuerūt. Tum q̄ fuerint maxima ingenij acrimonia præditi, & in lege domini meditando die ac nocte, scripturā studiosissimè scrutati sunt, accuratissimèq; exposuerunt. Tum, q̄ doctrinas suas maximis miraculis, signis & prodigijs apostolico more, in vita & post mortē cōfirmauerūt q̄ Deus fecit p̄ illos. Vnde irrefragabiliter colligit, cōsequensq; est, q̄ q̄ doctorū sanctorū scripta, tātis sequentibus signis cōfirmata, tā multis bonis operibus testificata, tāto iudicio cōscripta, tam longo tēpore examinata, probata, & cōcorditer recepta, diabolica malicia sugillat, negat, aut abijcit, deum su p̄ oīa benedictū, q̄ talia p̄ eos opat' est ad veritatis cōfirmationē, ecclesiæ ædificationē, et hæreticorū cōfusionē, blasphemare cōuincit et maledicere in faciē, p̄ eō q̄ ipsum diligere, benedicere et laudare deberet, et impudētia execrabili falsitatis testē Deū esse affirmat. Illorū nāq; scriptis, nō solū quādo vixerūt in terris et cū hominibus cōuersabātur, sed et postquam in dño obdormierunt, ecclesia ab hæreticorū imposturis, fraudiū regnis, sycophantijs, & suis telis est vindicata, et de hostibus reportauit triumphum.

Prius ego pluuia guttas, arenas maris, folia arborū, gramina terræ, stellas cæli, dies seculi enumerauero q̄, fructus bonos oēs q̄ ex doctorū scriptis in Dei ecclesia pdierunt et nati sunt. Nam sicut ipsi vasa electionis, misericordiae et in honorem erant, sanctificata, vtilia domino et ad

D 2 omnia

H

Psal. 1.

Ioan. 5.

I

Rom. 16.

Act. 2.

Rom. 9.

K

Ibidem.

2. Tim. 2.

omnia opera bona parata, ornata omnium lapidum pretiosorum Christiformium virtutum gloria, & seruierunt in spiritu ante thronum agni Deo die ac nocte in templo eius, in sanctitate itē & iusticia omnibus diebus suis, atq; sanctē, iustē & sine querela se omnibus exhibuerūt, adeo vt & hi qui ex aduerso erant, confunderētur, quādo bonā eorū in Christo conuersationē calūniabātur, dū nihil mali haberēt, quod cum veritate dicere possent de eis: Sic & omnes neruos extenderunt, omnem lapidē mouerunt, vt omnes homines perfectos in timore & amore Dei redderent, vt ad oīa bona opera essent instructi. Nec sunt fraudati desiderio suo: Nā quotquot eorū opa faciūt, eorū scripta piē legūt, imitatores Dei sicut filij charissimi faciūt, & ambulant in vera dilectione, quæ scopus, instauratio, finis & impletio est diuinæ legis: Omnia vincentē veritatē diligunt, loquūtur & faciunt, emulantur charismata meliora, sobriē, piē & iustē in hoc seculo viuunt: Ab omni via mala pedes suos custodiunt, in omnibus operibus bonis fructificant & diuites fiunt, salutem suā cum metu & tremore operantur, ab omni specie mala se abstinent, nemini dant vllam offensionem, sed magis quæ ædificationis sunt vbique sectantur, & omnibus placent in bonum: Gratiam Dei in vacuum non accipiunt, non negligunt, non abijciunt: sed in gratia Dei conuersantur in hoc mundo, in simplicitate cordis sui, & in syceritate Dei, coniunctam nihilominus prudentiā serpētis seruantes, ne à Satana aut ab Apostolis suis circumueniri aut capi possint.

Ex doctorū sanctorum scriptis & exemplis induratorū corda sunt emollita, & facta sicut cera liquecēs in medio vētris eorū. Excæcati per malitiam, sunt illuminati: desperati sunt cōuersi, presumptuosi humilati, alienati à via Dei, relicta malitia sunt ad Deū cōuersi: vēditi sub peccatis vt facerent malū dño sunt redēpti filij diaboli, facti sunt filij Dei.

Apoc. 7.

Luc. 1.

1. Thes. 2.

1. Pet. 2.

Col. 1.

1. Tim. 3.

Ephe. 5.

Matt. 22.

3. Esdr. 4.

Tit. 2.

Col. 1.

Phil. 2.

2. Cor. 6.

Gal. 2.

2. Cor. 1.

Matt. 10.

Sap. 2.

Dei tenebroſi & ipſa tenebræ, filij lucis & diei ſunt facti, *Rom. 13.*  
 & abiectis operibus & armis tenebrarū, induerūt arma lu-  
 eis, & ſicut in die honeſtè ambulant, & dignos pœnitentię  
 fructus faciunt: Seipſos abnegant, crucem ſuam quotidie *Luc. 14.*  
 poſt Chriſtum portant, ipſum quocunq; ierit, ſequuntur:  
 Vim ſibi faciunt, carnem ſuam cum vitijs & concupiſcē- *Galat. 5.*  
 tijs crucifiunt: membra ſua quæ ſunt ſuper terram, mor-  
 tificant, animas ſuas perfectò odio in hoc mundo odiunt,  
 nullam carnis curam in deſiderijs faciūt, Chriſtum indu- *Rom. 13.*  
 unt, dignè Deo & euangelio viuunt & angelos, conuerſa- *Ephē. 4.*  
 tionem in cælis habent: Dominum in omni tempore bene- *Pſal. 33.*  
 dicunt, ſemper laus Dei eſt in ore ipſorum: Orant ſine in-  
 termiſſione, in omni loco puras in oratione ad Deum ma- *1. Tim. 2.*  
 nus leuant, pſallūt ſpiritu, pſallunt & mente. Adorāt Deū *1. Cor. 14.*  
 in ſpiritu & veritate: Deo per omnia placere contendunt, *Ioan. 4.*  
 eunt de virtute in virtutem: adeo, vt profectus eorum ma- *Pſal. 83.*  
 niſteſtus ſit omnibus.

Ex doctoribus ſanctis haurit amara cordis contritio & M  
 humiliatio ſub potēti manu Dei, pura oris cōfeſſio, exui- *1. Pet. 5.*  
 tur verus homo (qui corrumpitur ſecundum deſideria er- *Ephē. 4.*  
 roris) cum actibus ſuis, & induitur nouus, qui ſecundum *Col. 3.*  
 Deū creatur in iuſticia & ſanctitate veritatis: & imago por-  
 tatur Adæ cæleſtis. Ex eis, fides Dei ſeminatur in agro cor- *1. Cor. 15.*  
 dis per verbū Dei, rigatur per gratiam, ſpes firmatur, cha-  
 ritas infunditur, accenditur, augetur, & homines facit ig-  
 nem ardentem, & flammam ignis illius quem dominus mi- *Heb. 1.*  
 ſit in terram: Nec non, omne ſemen verum deiſormium *Luc. 12.*  
 virtutum plantatur, pax Chriſti firmatur, vnitas conſerua-  
 tur, iuſtitia ſtabilitur: Et (vt apoſtoli verbis vtar) quocunq; *Philip. 4.*  
 ſunt vera, pudica, honeſta, ordinata, pia, ſancta, vtilia, ama-  
 bilia, pulchra, ædificatoria, bonæ famæ, virtuofa, rigoris  
 & diſciplinæ, per doctores ſanctos ſunt tradita & edocta.  
 Ipſi docent mundum cum cōcupiſcentijs eius quæ vni- N

1. Iohn. 2. bræ instar transeunt, relinquere, spernere præsentia, futura appetere, fugere prauorum consortia contagiosa, cū sanctis sanctum esse: In concilio iustorum & congregatione filiorum Dei, Deum laudare in toto corde: Docent in uocatione sua, qua vnusquisq; deus vocauit permanere: Vota sua quæ vnusquisq; labijs suis distinxit, domino reddere: Non abire retro post Satanam, nõ redire instar canis ad vomitum, nõ respicere retro cum vxore Loth. Magis aut laborare, sicut bonum militem Christi oportet, habendo fidem electorū & conscientiam bonam: Et alta consideratione secum reputare, quod nemo militans deo implicat se terrenis negotijs & occupationibus, vt ei placeat, cui se probauit, id est, deuouit, secundum gloss. interlinealem: Ambrosius, Ecclesiasticus, idcirco deo se probat, vt huic deuotus officium impleat quod spondit, in dei rebus sollicitus, in seculari negotio alienus. Quia nemo potest duobus dominis seruire. Et qui manum suam ad aratrum ponit & retro aspicit, non est aptus regno dei. Sicut & viduæ illæ damnationem habent, quæ luxuriando primam fidem irritam fecerunt, rumpendo, quod emiserant votū, continentia vidualis. Sic Ananias & Sapphira, non hominibus, sed spiritui sancto mentiebantur, votum paupertatis frangendo. At doctores sancti vt in bonitate perseueremus vsq; in finem, tum operibus, tum verbis omnes adhortantur, vt coronam iustitiæ accipiamus, legitime certantibus, fidem seruantibus, deum diligentibus præparatam, & cursum suum consummantibus.
- O Quando ego ex fructibus arbor bona, iuxta ac doctor
- Matt. 7. sincerus cognosci debet, quis nunc tam obstinatus, tam frontis perfrixtæ, tam subuersæ mentis est, tam aduersarius veritatis agnitæ, qui sanctorum doctorum lucubrationes audeat negare esse verbum Dei? cum sermo eorū vbiq; in gratia sale cõditus sit, & auditorib<sup>9</sup> lectoribusq; beneuolis
1. Iohn. 2.  
Psal. 100.  
1. Cor. 1.  
Psal. 75.  
2. Pet. 2.  
Luc. 17.  
1. Tim. 1.  
2. Tim. 2.  
Matt. 6.  
Luc. 9.  
1. Tim. 5.  
Act. 5.  
2. Tim. 4.  
Iacob. 1.  
Matt. 7.  
Ephe. 4.  
Col. 4.

uolis semper gratiam & ædificationem fidei Iesu Christi, præbeat. Diffusa est gratia in labijs eorum & calamo, pro- *Psal. 44.*  
 pterea benedixit eos Deus omni benedictione spirituali  
 in cælestibus in æternum. Isti sunt, qui per euangeliū nos *1. Cor. 4.*  
 genuerunt, vt simus filij altissimi, fratres, sorores, matres  
 & membra Christi, viua templa spiritus sancti, ciues san- *Matt. 12.*  
 ctorum, & domestici Dei. Habent propterea immortalitatem, & omnis ecclesia iustorum laudes eorum enarrat, *Ephe. 2.*  
 à generatione in generationem.

*Nihil curæ nobis esse debet, quòd hæretici doctores  
 sacros aspernantur. Cap. XIII.*

**P**ro minimo igitur nobis esse debet, quod ecclesia mali- *A*  
 gnantium, synagoga Satanæ, filij desertores & dege- *Psal. 25.*  
 neres, reprobi circa fidem, subuerfores fidei & viarū Dei  
 verissimarum, pro nihilo sanctos doctores habent, cane &  
 angue eas viliores censent, tanquā peripsēma & quisquilias  
 eos despiciunt. Nam si illis placerent, serui fideles & boni *1. Cor. 4.*  
 dispensatores multiformis gratiæ dei ac mysteriorū Chri- *1. Pet. 4.*  
 sti, non essent, sed magistri mendaces, duces cæci, fascina-  
 tores populi, Satanæ apostoli, cauponatores deprauato- *2. Pet. 2.*  
 resq; verbi dei, Non possunt enim in reprobū sensum da- *2. Pet. 3.*  
 ti, & rebelles lumini, laudare, nisi sui similes in errore &  
 malitia. At, hoc horrerunt sancti dei omnes, & mori ma-  
 luerunt pro veritate, quàm latum digitum discedere, ab *3. Esd. 4.*  
 omnia vincente veritate.

*De fructibus & testimonijs Lutheri.*

**L** Vdero autem, nec bona opera, sed mala & diaboli- *A*  
 ca opera sua testimonium perhibent. Nec fructus bo- *Ioan. 5.*  
 ni sed mali innumeri quos protulit, quod arbor mala fuerit, & *10.*  
 cognoscere faciūt: Nec signis apostolicis sequētibus vllis, *Matt. 7.*  
 deus doctrinam & vitam eius confirmavit, sed diabolus

in



in omni seductione iniquitatis abundè ostendit, q̄ secundum operationem Satanae venit, vixit, docuit, scripsit & conclusit, & qualis ipsi & sua doctrina mendax sit, ostendit. Quia hæretici, nullum verum miraculum vnquã fecerunt in nomine Christi, ne Deus testis & confirmator falsæ doctrinae eorum dici posset aut credi: Simon magus, & Antichristus, cooperante illis Satana in omni virtute & signis & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis his qui pereunt, instabiles & mobiles sunt in fide, & quolibet mouentur vento doctrinae, illudent: eò q̄ veritatem charitatis vt salui fierent, non recipiunt, vel receptam non custodiunt (quia charitas, nunquam excidit) Ideo mittit illis Deus operatione erroris, & credunt mendacijs: Sicq̄; iudicabuntur & reprobabuntur omnes qui nõ credunt veritati (quam sancti doctores & ecclesia iustorum docet) sed acquieuerunt, consenseruntq̄; iniquitati. Ideo damnatio eorum iusta est, & nullam in peccatis suis habent excusationem.

Quid ego aliud Lutherum dixerim, quàm Luciferum & ipsum angelum tenebrarum? Nam instar Luciferi ingratus de donis acceptis extitit, & in eis superbiuit. Mox namq̄; cor eius eleuatum fuit in decore suo et polluit sanctificationem suam. Similis namq̄; altissimo esse voluit, super omnia astra cæli sedem suam eleuauit, dominationem omnem contempsit, in veritate nõ stetit, in partem suam, tertiam partem stellarum traxit secumq̄; perdidit. At non impu-  
 nè: Nam mox vt pilialam suam effudit, vias suas docere cepit, bellum in cælo excitauit ecclesiae, de cælo & electorum contubernio per excommunicationis censuram, eiectus fuit & corruit in terram, detractaq̄; est ad inferos gloria eius & superbia: Sic Deus humiliavit sicut vulneratum superbum Lutherum: in brachio virtutis suæ disperfit omnes inimicos suos, Lutheri assentatores. Agè, fructus, signa

gna & opera eius summis tantummodo labijs tangam: Se- 2. Cor. 11.  
 duxit ecce vt serpens astutia sua per dulces sermones & be-  
 nedictiones, sicut nouacula acuta fecit dolos suos: Vt dæ- Psal. 51.  
 mon scrutatus est iniquitates, exacuit vt gladium lin-  
 guam suam, intendit arcum, rem amaram, sagitauit in oc- Psal. 63.  
 cultis scripturæ locis, immaculatos, innocentes & leues  
 qui credunt omni verbo. Vt diabolus, criminatur, male- Eccii 19.  
 dicit, traducit, calumniatur, confundit, infamat omnes,  
 qui à vijs suis & doctrinis tanquam ab immundicijs & ca- Sap. 2.  
 lice iræ dei se abstinēt: Exterminat, depascit & demoli- Cant. 2.  
 tur vineam domini, vt angelus abyssi Corpus suum tradi- Apoc. 9.  
 dit immundiciæ in operationē omnis immunditiæ in au- Ephe. 4.  
 ditate, & ad id vitij alios adhortatur, vt Asmodeus: Iniquo Matt. 6.  
 mamnone seruiuit ipse & omnes viæ suæ viri & mulieres  
 avaritiæ student, à maiore vsq; ad minorem cuncti faciunt Hier. 6.  
 dolos. Sed in fascem technas colligam diaboli huius & Sa-  
 tanæ. Nam Lutherus, instar diaboli, est mali auctor, men-  
 daciōrum pater, iniquitiarū origo, errorum excogitator,  
 hæresum inuentor, peruerforum dogmatum cultor, re-  
 rum hostis, corruptor seculi, laqueos tendit, lapsus parat,  
 foueas fodit, aptat ruinas, stimulat corpus, pungit animas,  
 malas cogitationes immittit, suggerit iras, dat virtutes  
 odio, vitia addit amori, dissentiones ferit, offencicula do-  
 cet, ad scandala operibus & verbis adhortatur, pacem tur-  
 bat, in medio pacem habentium discordias immittit, affe-  
 ctus dissipat, ordinata deordinat, humana violat, ius fasq;  
 confundit, bonū malum & malum bonum, dicit, Ponit lu- Esai. 5.  
 cem in tenebras & tenebras in lucem: Astruit dulce ama-  
 rum & amarum dulce: Diuina tentat, mutat leges, trans- Esai. 25.  
 greditur iura, dissipat fedus sempiternum, tempora mu-  
 tat & leges, verbum dei facit velamen malitiæ & excusati- 1. Pet. 2.  
 onem peccatorum: Facit illud, virtutum exterminium, vi-  
 ciorum seminarium, corruptionem morum, honestatis  
 E occa-

- occafum, vitæ deordinationem, pietatis subuersionem,  
 agnitæ veritatis impugnationem, & omnis bonitatis ac dif-  
 ciplinæ obliuionem & abominationem. Iam certè, vanus  
*Malach. 3.* cenfetur; qui feruit deo, portat crucem, renunciat feculo,  
 custodit vias duras, & ambulat in lege domini. At contra,  
 beatificantur arrogantes, peccantes fine omni timore, au-  
 dacter deum prouocantes: Laudantur peccatores in defi-  
 derijs suis, & iniqui benedicuntur, iam lætificantur reges  
 in malitijs suis, & in mendacijs suis atq; iniquitatibus suis  
*Pfal. 9.*  
*Ofea 7.* principes, imò, quiq; terrigenæ & filij hominum, fimul in  
 vnum diuites & pauperes beatificantur, fi in rete Lutheri  
*Pfal. 48.* pedes suos immittunt. Tunc nihil eis est damnationis, tunc  
 ab auditione mala, nihil amplius timent, ideo boni defe-  
 runt vias domini rectas, religiofi reuertuntur ad vomitum  
 vt canes. Vt fues lotæ, rurfus volutabro luti fe immergunt,  
 retro abeunt post Satanam, frangunt vota fua, quæ deo vo-  
 uerunt: Nubunt claustrales perfonæ, nihil penfi habentes, qd  
*2. Pet. 2.* damnatione habent, eò qd primam fidem irritam fecerunt.  
*1. Tim. 5.* Lutherus igitur apoftata, non folum vir inutilis eft, fed  
*Prou. 6.* omniũ nocentiſſimus, graditur ore peruerſo & ſemper p-  
 ficit in peius, addendo præuaricatione & malitias ſuas ac  
*Hier. 2.* vias alios docendo, annuit oculis plenis adulterijs qbus ad  
 vxores proximorũ hinniuit, ferit pede, bile tumens, ira  
*Hiere. 5.* excaudeſcens, digito ex faſtu loquitur, prauo corde ſemp  
*Prou. 4.* malũ machinatur & nõ dormiuit niſi prius malefeciffet &  
 agminibus Iſrael Stentorea voce exprobraſſet. Et omni  
*1. Reg. 17.* tempore iurgia feminauit. Manus eius contra oēs fuit: vt  
*Gene. 16.* Iſmahelis: Opera eius vt Cain maligna fuerũt. Verenda pa-  
*1. Ioan. 3.* tris ſui Papæ, ſemper vt Cam maledictus diſcooperuit &  
*Gene. 9.* alijs oſtendit. Cõtra om̃ipotente, ſe roborauit ſicut a difi-  
*Gene. 1.* catores turris Babel. Iuſtos ſemp perfecutor eſt, vt Iſmahel:  
*Galat. 4.* Terrã polluit in fornicatiõib⁹ ſuis vt Sodomite: In amore  
*Gene. 19.* mulierũ erat vt Antichriſ. Templã pſanauit & ſpoliauit vt  
*Dani. 11.* Antichriſ.

Antiochus & Nachabuchodonosor, virginibus impudice  
abusus est vt Babylonij: Deū & sanctos blasphemauit vt *1. Mach. 1.*  
rapaces. Summa summarum, nō fuit malus, quem imitatus *Thre. 5.*  
non sit in malo Lutherus aut superauerit, vt ostendi pa- *4. Re. 48.*  
lam posset nisi prolixitatem, matrem tēdij, expauescerē.

Sed hoīes missos facio & ad bestias venio. Nā Lutherus **B**  
ipse, nocētiōr fuit basilisco, leone crudelior, aspide vene-  
nosior, dracone blandientior, lupo rapacior, vulpe dolo-  
rior, cane rixosior, passere falacior, equo libidiniosior, an-  
gue venenosior, serpente callidior, suā immundior, mus-  
ca inconstantior, dipsa nocentior, mutabilior chamæ-  
leonte. Nam, tam incōstantis animi est & varius, vt nescias,  
iuxta Flaccum, quo teneas nodō mutantem Protea vul-  
tum. Nam quod astruit in vno folio, negat in alio. Quod  
laudat in vno, damnat in alio. Nec vlla peruersa dogmata  
per eius doctrinā sunt extincta: sed noua inuecta, & olim  
sepulta, ab inferis reuocata.

Eius doctrina, virtutes in vitia sunt cōmutata, pro fide **C**  
electorū, docuit fidē dæmoniorū, pro spe piorū, p̄sumpti- *Eccī 37.*  
onē iniquissimā, q̄ aridam nequitia cooperit, ingessit: Pro *1. Tim. 1.*  
dilectione sincera, q̄ finis est & plenitudo legis, dilectionē *1. Ioan. 2.*  
mundi damnabilē, quæ ipsa ad deū inimicitia est intrusit. *Iacob. 4.*  
**Quid de virtutib⁹ cardinalibus dicā, q̄bus nihil est vtilius *Roma. 8.***  
in vita hoībus? prudentiā carnis q̄ legi dei nō est subiecta,  
amplectimur, carnis curā in desiderijs facimus: Infirmi su-  
m⁹ ad bona ex Lutheri doctrina facti: Iustitia venit in ob- *Esai. 59.*  
liuionem: Vbi rogo pietas? vbi pudor? vbi phas? vbi ipfius  
iura naturæ? vbi honestas? vbi morum grauitas? vbi ti- *Matt. 5.*  
mor Dei? paupertas, mititas, vbi luctus pro peccatis, vbi  
esuries & sitis iustitię? vbi misericordia? vbi munditia cor-  
dis? vbi pacis persecutio? vbi patientia in aduersis? instan-  
tia orationis? vbi laus Dei iugis? vbi contritio cordis? ve-  
ra confessio oris? vbi condigna satisfactio pro peccatis?

E 2 At,

- At, oleum perdo & operam, dum mare malorum vnus Lutheri calamo effundere adnitor, vel enumerare ex parte laqueos mortis, quos posuit iuxta viam in qua ambulamus.
- Rom. 16. Verum, hæc sunt signa quibus doctrinam suam confirmauit, & opera sunt quæ de eo testimonium perhibent.
- Ioan. 10. Hi sunt fructus per quos cognosci & ipse & doctrina sua debet quales sunt: Nempe ex patre diabolo, cuius desideria & opera fecit.
- Matt. 7.  
Ioan. 8. D Quapropter fugite quæso Lutherum, quasi à facie gladij. Nam si blanditijs labiorum eius & nutibus oculorum illecti, accesseritis ad eum, suscipit vos: At, dentes leonis, dentes illius, interficientes animas hominum quæ non moriuntur. Quasi romphea bis acuta, omnis iniquitas & doctrina eius, & plagæ illius non est sanitas. Lutherus est mulier illa, plena nominibus blasphemiarum, poculum aureum habens in manu sua, plenum immundicijs & abominationibus fornicationis suæ. Cum ea fornicantur reges terræ, & inebriantur qui terram inhabitant de vino prostitutionis eius, & insaniunt: Hæc de innumeris pessimis fructibus doctrinæ Lutheri perstrinxerim, vt vnusquisque fugiat à facie gladij, vltoris iniquitatum: Et horreat male dulcem calicem doctrinæ illius. Blandè quidem ingreditur, & dulcis videtur insanis, sed in nouissimo mordet vt coluber, & sicut regulus venena diffundit.
- Job 19. Fauus distillans labia huius meretricis, & nitidius oleo guttur eius: Nouissima autem illius amara quasi absinthium, et acuta quasi gladius biceps. Quia corpus et animam perdit in gehennam. Videtur via hæc fascinat, iusta et recta, sed nouissima eius deducunt ad mortem æternam.
- Matt. 10.  
Prou. 14.  
16. & 16.

Propheta & Apostoli multa docuerunt, quæ in lege & in euangelijs non sunt scripta. Cap. XIII. Hæc

**H**Aec ex parte dicta sunt viarum Dei & viarum diaboli, & doctrinae pietatis & sanæ, quæ est secundum euangelium gloriae beati Dei, & doctrinae dæmoniorum, quam fabricatores mendaciorum, & cultores peruersorum dogmatum, faciunt maximi, amant vnicè & honorant obseruauerunt in interitum suum & perditionem. Nunc ad doctrinae veritatem reuertamur, quam per doctores sanctos, scientiarum dominus & omnes veritatis doctor nos docuit spiritus sanctus. In confesso est, quod spiritus sanctus olim multa docuit, tum per amicos & electos Dei, tum per prophetas qui a seculo fuerunt in lege domini perfecta (perfecta enim sunt opera Dei) per Moysen fidelem domini seruum in omni domo eius: si literam aspiciamus, de verbo ad verbum non expressa. Sic per apostolos, per doctores catholicos: per pastores & concilia œcumenica in plenitudine temporis multa Deus scripsit, ordinauit, statuit, mandauit, prohibuit & docuit, per Christum in euangelio de verbo ad verbum non exarata. Implicitè nihilominus & virtualiter perinde ac in propositionibus vniuersalibus ibi contenta. Et veritates ista documentaque salutaria: spiritus sancti magisterio et vntione, qui in ecclesia Dei manens in æternum, per prophetas in veteri, et per apostolos euangelistas, doctores et pastores, in lege noua, omnem veritatem et multa illa quæ Christus passionis suæ hora discipulis suis dicere habuit, et tunc capere non potuerunt, docet et docebit donec cælum atteritur, et Christus regnum Deo patri tradiderit. Hæc autè de occultis et generalibus sacri euangelij verbis, pro locorum, temporum, causarum, personarum, et impugnationum exigentia, necessitate et vtilitate, sicut aurum et argètum de occultis terræ venis, eruntur, et resoluuntur. Hinc beatus Iob ait: Sapientia trahitur de occultis. De occultis certè sapientia trahitur, quædo doctorum ecclesiæ diligentia et studio, qui scriptu

**Ioan. 5.** ras & testimonia veritatis scrutantur, in quibus vita animæ habetur, implicitæ veritates resoluuntur, quibus orationum loquentium iniqua obstruuntur, & electi Dei instruuntur ad salutem. Hinc Salomon ait: Si sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ, & quaesieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam, tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei, salutis & sanctorum, inuenies.

**B** Nec Christus solummodo est audiendus, ut cauillantur sycophantæ. Nec ea solummodo seruanda sunt, quæ ipse benedicto ore suo, gratiâ diffundendo, minauit. Nam & matrem ecclesiâ auscultare precepit, quæ est columna & firmamentum veritatis, & semper reprobum, impium, malum dogma reprobatur, & verum, catholicum, pius, sanctum scripturæ intellectum proponit, docet, eligit & sequitur. Quam qui non audit, ut ethnicus & publicanus habendus est & fugiendus. Hinc Salomon ait: Audi fili mi, disciplinam, id est, doctrinam patris tui Christi: & ne dimittas legem matris tuæ ecclesiæ sponsæ illius. Et iterum: Conserua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ: Liga eam in corde tuo iugiter, ad ruminandam & circunda eam gutturi tuo ad eam docendam omni populo.

**C** Et sicut non solum ea quæ amicus Dei Moses legislator scripsit & dixit in petatheca sub mortis interminatione, sed & ea omnia, quæ postea per moderatores populi & sanctos prophetas Deus sanxit & ordinauit, erant seruanda. Sic & modo, quando verum lumen iam lucet, non ea solummodo quæ pater nobis in euangelio locutus est in filio, de quo alibi pater dicit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complaceui, ipsum audite: **M. 3. & 17. R. 1. & 9. L. 9. 2. Pet. 1.** sed & illa seruanda sunt, quæ per apostolos & ecclesiæ rectores, ordinata, decreta instituta & mandata sunt ex spiritu sancto. Vnde Christus ait: qui vos audit me audit. Non enim

vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri loquitur  
in vobis. Sic Christus hortabatur per Paulū, & loquebat **Matt. 10.**  
in eo. Vnde dixit ad Thessalonicen. q̄ mea documēta sper **2. Cor. 5.**  
nit, nō hominē spernit, sed Deū, qui dedit spiritū suū san **2. Cor. 13.**  
ctū in vobis. Et alibi: Si q̄s propheta aut spiritualis videt̄ **1. Thes. 4.**  
esse inter vōs cognoscat quæ scribo vobis, quia dñi māda **1. Cor. 14.**  
ta sunt. Nihilominus ea quæ ibi tractauit, in nullo habent̄  
euangelio. Hinc pambulās Syriā & Ciliciā cū Sylā, cō- **Act. 15.**  
firmabant ecclesias in omni opere & sermone bono, p̄ci-  
pientes custodire præcepta apostolorum & seniorum. At  
illa præcepta, in euangelijs non habentur.

*Hereses sunt morbi letales in corpore ec-  
clesie. Cap. XV.*

**P**roinde, quoties noua difficultas aut dissentio, aut **A**  
schisma in his quæ fidei sunt, à Satanæ apostolis fuscī  
tatur in ecclesia, veluti nonus morb⁹ in corpore hominis,  
vel nouus tumultus aut seditio in ciuitate, aut nouū bel-  
lū ab hostibus intentatur regi & eius regno: mox per do-  
ctores sanctos fidei veritas per scripturarum veram expo-  
sitionem est declarata, & fugatis errorū tenebris cum suis  
authoribus hæreticis, lux veritatis radios suos longè late-  
que diffudit. Et quid sunt nouæ hæreses in corpore Chri **Acto. 1. 6.**  
sti (quod est ecclesia iustorum) nisi noui & letales morbi? **15. 12.**  
Qui ne corpus occidant, aut membra depascāt, destruant **Rom. 12.**  
aut inficiant, malagmate verbi Dei quod sanat omnes in- **1. Cor. 12.**  
firmitates credentium, curari debent: et ne mala per lon- **Sap. 18.**  
gas moras conualescant, statim adhiberi. Et sicut ho-  
mo malè habere incipiens medicinā negligens, aut me-  
dicorum consilia non requirens, aut eorum præcepta nō  
custodiēs, occidit semetipsum: sic q̄ in fide fluctuare inci-  
pit, & infirmari in bonis moribus, & grauis fieri ad custo-  
diēda mādata, mox verbo Dei seipsum instruere debet ad  
salutem.



salutem, mederi peccatis, & facere quæcunque eum docet ecclesiæ doctores. Nam hæretici morbos non dant, sed vulnerant sanos, augent morbos, & dant pocula mortis, ac præcepta occasionis.

*Hæreses sunt tumultus in ciuitate Dei & seditiones. Cap. XVI*

**A**ET quid sunt hæreses in ecclesia, nisi tumultus & seditiones per pestilentes ac filios Belial excitatæ, quibus nisi per bonorum prudentiam & consilia obuiam itū fuerit, mox infinita mala oriuntur, ad hominum interitum, bonorum direptionem, & totius ciuitatis subuersionem. Ecclesia autem ciuitas Dei sancta est, in qua Iusticia regnat. Verum si impij hæretici sumpserint principatum, tunc gemit populus Dei. Tūc corruit in platies veritas doctrinæ euangelicæ & vitæ, & iusticia longè stat. Tunc veritas fit in obliuionem, & qui recedit à malo, prædæ patet. Tunc deridetur iustorū simplicitas, sed tabernacula prædonum abundant, & audacter Deum prouocant, cum derit omnia in manus eorum.

Apoc. 19.

Prou. 29.

E sai. 59.

Iob. 12.

*Hæreses sunt noua bella in militia Christi. Caput. XVII*

**E**T quid sunt nouæ hæreses, nisi noua bella in regno Christi? At illa bella optimè finiuntur, si mox ut se impij contra regnum Christi erigunt & priusquam multitudine se muniunt eis itur obuiam & cum complicibus per gladium verbi Dei debellantur. Et si manum dare, impia dogmata reuocare recusant, etiam in corpore occiduntur, vel carceribus perpetuis mancipantur. Melius enim est, ut vnus homo moriatur, quàm per eū tota gens seducatur & pereat in anima & corpore. Sic oportet ignem istum cum paruus est, extiguere. Quod si neglectū fuerit totā vorax flamma

Ioan. 11.

Ecci 11.

flamma ciuitatem deuastat. Et hostis contemptus in principio, vallatus postea iniquorum adiutorio, & regem capit vel occidit cum toto exercitu, & occupat regnū. Hæc parabola est temporis instantis. Qui aures audiendi habet audiat. *Matt. 23.*

*Sicut synagoga prophetas ueros, sic Ecclesia Dei audit sanctos doctores. Caput. XVIII,*

**E**Rgo sicut synagoga olim audiuit & sequebatur prophetas sanctos, reprobatis pseudopropheta: sic Ecclesia Dei, filij lucis, regni & obediētiae, doctores sacros in omnibus, in quibus eos recipit & approbavit ecclesia, recipere, sequi & tenere debent, fascinatoribus abiectis. Hinc *Prou. 22.* Salomon ait: Fili mi, audi uerba sapientū. Et infra: Ne transgrediaris terminos antiquos (ut expositione scripturæ) quos posuerunt patres tui id est sancti doctores. Id ipsum precipit ecclesiastici sexto & octauo capitulis. Et sicut olim *Ecc. 16. 8.* pios nihil mouit, quod pseudoprophetae falsi scripturas exponebant & eos calumniabantur, qui eam sincerè proponebant, sic nos ne tantillū mouere debet, quod Luderani sanctis doctoribus derogant, & libros eorum pro nihilo habent. Nō possunt Luderani eos diligere, quia testimoniū *Ioan. 7. 4.* perhibent de illis, quod doctrina eorū falsa & opera eorū mala sunt & diabolica. Si de fece eorū essent, tūc impij, quod *Ioan. 15.* suum est, in eis diligerēt. Sed ex quo Deus eos elegit in opus ministerij, in ædificationē corporis sui, ut ueritatē & *Eph. 4. 1. Ioan. 5.* legem Dei scrutarentur, facerent & docerent: ideo odit eos mundus malignus, totus in maligno positus, & colluies luderana probris eos lacēsūt. Si sermonē Christi (iuxta uerum eius intellectum) seruant, seruant & sanctorum *Ioan. 15.* doctorum.

Proinde: quando doctores catholicos ecclesiæ Dei definitionem audimus, tunc audimus Christum per doctores

F - ctōrēs

doctores & ecclesiam nos erudientem ad iusticiam, & in-  
 2. Tim. 3. struentem ad salutem per fidem quæ est in ipso. Impij ve-  
 Matt. 18. rò qui doctores fugillant, & ecclesiam aspernantur nec au-  
 1. Cor. 5. diri volunt, non obediunt verbo Christi & euangelio, re-  
 sistunt veritati & spiritui sancto, nõ homines spernunt sed  
 Deum, qui exhortatur & docet per eos corda pie viuentiũ  
 Matt. 7. in Christo, vt sibi attentendant à lupis istis rapacibus: à fas-  
 Matt. 15. cinatoribus istis scelestissimis, ducibus istis cæcis, ab illis  
 Satane Apostolis: ab illis raptoribus circa fidem: ab istis adu-  
 Alteratoribus & deprauatoribus verbi Dei: ab istis fi-  
 Act. 13. lijs diaboli, plenis omni dolo & omni fallacia, inimicis om-  
 nni iusticia: qui nunquam desinant subuertere vias do-  
 Psal. 24. mini iustas, sanctas & rectas. Sic odio iniquo, & pro eo qd  
 & 16. 8. eos diligere, odiunt impij sanctos doctores. Similes in  
 hac impietate perfidis Iudæis, cæcis Saduceis, obstinatis  
 1. Thef. 2. pharisæis, reprobis sacerdotibus, qui dominũ Iesum occi-  
 derunt & prophetas: Sed in hoc dño non placent, sed om-  
 nibus hoibus Deo placere & dignè euãgelio cõuersari ad-  
 nitentibus aduersant. Deum eos prædicari, legi & propo-  
 ni prohibent vt salui fiant. Et pro eis sua peruersa dogma-  
 ta legenda supponunt, vt impleant peccata sua semper.

*Impij prophetas domini semper persequebantur, & odio in-  
 quo oderunt. Caput XIX.*

**A** NEC id nouum & nuperum est inuentum, Impijssi-  
 ma Iesabel Heliam hominem Dei quæ fuit morti-  
 ficare, falacissima Herodias vitæ Ioannis baptistæ infidia-  
 3. Reg. 16. batur callidissimè ac mortem eius procurauit. Vendi-  
 Rom. 6. tus sub peccatis vt faceret malum Ahab, odiuit Miche-  
 3. Reg. 22. am, quia dixit ei veritatem, & iuxta impietates eius pro-  
 phetauit ei malum, quod eũ manebat propter scelera sua  
 multa. Fratres vndecim, innocentum manibus & mun-  
 dum corde Ioseph oderunt propter iusticiam, & non po-  
 tu-  
 tu-

fuerunt ei quicquā pacificè loqui. Hieroboam radix pec- *Gen. 37.*  
 catorum, virum Dei se corripientem iussit comprehendere. *3. Reg. 13.*  
 Afa rex in verū Dei vatē irascebatur, q̄ eum stultitiæ ob- *2. Par. 16.*  
 iurgauit. Ioas, lapidari iussit Zachariam sacerdotē Dei ma- *4. Reg. 28.*  
 gnū, quia criminis eum arguit. Manasses sacrilegus om-  
 nes iustos occidit, eò q̄ in impietatibus suis eū imitari no-  
 luerūt. Taceo, quanta mala Anthiochus intulerit cultori-  
 b⁹ Dei, vt libri Machabæorū attestātur, Summa summarū: *Eccī. 13.*  
 Omne animal diligit sibi simile, & ois homo simili sibi so *Eccī. 27.*  
 ciatur. Volatilia ad sibi similia conueniunt. Et qualis rex, *Eccī. 10.*  
 tales sunt & ministri eius: Et qualis est rector ciuitatis, ta-  
 les etiā sunt inhabitātes in ea. Vnde fit, vt oēs q̄ à veritate *Psal. 35.*  
 auditū auertūt, nolūt intelligere vt bene agāt, iustè viuāt, *2. Tim. 4.*  
 in lege Dei ambulēt, q̄ ea q̄ Dei sunt nō sapiūt sed diligūt *Esaī. 3.*  
 & ea q̄ carnis sunt & faciūt: Isti inq̄ magistros q̄rūt placētia *Prou. 24.*  
 loquētes, oleū vendētes, in malicijs suis se laudātes, bene *Hier. 4. 6.*  
 dicētes & beatas dicētes in impietatib⁹ suis. Qui pax pax:  
 Et bene est, cū impiē agunt. dicere possunt cū non sit pax  
 Isti sunt seductores populi, de quibus lamētans ait Hiere- *Tren. 2.*  
 mias: Prophetæ tui, viderunt tibi falsa & stulta, nec operie-  
 bāt tibi iniquitatē tuā vt te ad pœnitentiā prouocarēt: Nec *Esaī. 3.*  
 volunt nosse, q̄ qui illos beatos dicunt, ipsos decipiūt, &  
 viā gressuū eorū dissipant. Cōcordātes locos, vide. *Pro. 1.*  
*7. 9. 16. 29. Hiees. 8. 33. Eze. 13. 1. Mach. 1.* Sic Samaritani  
 nō ex Hierusalem, vbi lex Dei docebatur, & cultus Dei vi- *4. Re. 17.*  
 guit, sed ex Asyria regione idolis dedita, qui eos docerēt,  
 duobus dominis seruire, in duas partes claudicare addu-  
 xerūt sacerdotes. Sic radix oīm malorū de vilissimis & vi-  
 ta ipsa indignis (hieroboā accipite) assumpsit & fecit sacer- *3. Reg. 12.*  
 dotes ad suę impietatis p̄motores. Sic Pharisei cū Herodia *Matt. 26.*  
 nis cōsiliati sūt, vt Iesum caperēt in sermone. Et cū diabo-  
 lo, & pditiōis filio, Iuda tractabāt quō Iesum caperēt & oc- *Matt. 26.*  
 ciderēt sine tumultu. Sic cęci Luterāi, cęcos duces asciscūt

**Matt. 15.** insignes apostatas, sacerdotes desertores, mundi huius & sui ipsius amatores, homines mēte corruptos, reprobos circa fidem, iusticiæ inimicos, Qui licet confiteantur se nosse Deū factis tñ negāt. Cum sint abominabiles increduli, & ad omnia opera bona reprobi. Ideo eos sequendo, cadunt cum eis in foueam damnationis æternæ.

Doctores & concilia, non semper habent apertam scripturam. Caput. XX.

**A** Lio ariete agnitam veritatē Luderani impugnant, dicentes: Patres & cōcilia nō aspernamur, ybi scripturam adferunt. Verū, multa sunt per doctores, per patres & per concilia addita, ordinata, statuta, dēcreta, præcepta, in sacris literis non expressa. Illorum verò non est leges condere, populum oneribus grauissimis premere, quā iugū Christi suaue est, & onus eius leue. Ille solus & vnus est legislator: Ipsi loquantur verbum Dei, prædicent annū domini acceptabilem, pacem annuncient, consolentur pusillanimes, corripiant inquietos, suscipiant infirmos, patientes sint ad omnes. Loquantur sermones dei, proferant de thesauro suo noui & veteris testamenti testimonia, & audiemus eos. Verū cū hoc doctores & cōcilia non faciāt, sed sua verba decreta & mādāta obtrudāt, pili eos non facimus, in hoc sequentes dictum apostoli Ioannis dicētis: Si quis venit ad vos, & non adfert doctrinam hanc, illū neque in donum recipere, nec aut ei dicere debemus. Hinc Christus ait: Sine causa colunt me, docentes doctrinas & mādāta hominum. Sic Luderani.

**B** His præstigijs vera est adhibēda solutio. Dicimus ergo, quòd sacra scriptura, nō est in verbis, sed in sensu, nō in superficie, sed in medulla & radice rationis, teste Hieronimo. Nam, verba variari, torqueri, verti & inuerti possunt per uasritiem & malitiā hominū, mēte corruptorum & reproborum.

horum circa fidem. Sicut armis bellicis, quibus boni & re-  
 cti corde, iustitiam & pauperes propugnant, istis mali &  
 scelerati, iniuste pauperes expugnant, & abutuntur ad om-  
 nem iniustitiam & impietatem. Ille ergo solus sincerè, piè  
 & salubriter sacram scripturam scrutatur, tractat, docet &  
 exponit qui verum intellectum eius proponit, quem spi-  
 ritus sanctus in ea intendit. Totus verò scopus & finis in  
 scripturis diuinis est, vt Deum cognoscamus per veram fi-  
 dem dictorum & communem, citra cuiusuis erroris cali-  
 ginem. Vt omnem spei fiduciam ponamus in eum citra cu-  
 iusuis diffidentie fluctuationem. Vt ex toto corde Deum  
 diligamus, & proximos sicut nosmetipsos, in dilectione  
 quæ est de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta,  
 seruando dei mandata, & semp faciendo, quæ placita sunt  
 illi. Et in eadem charitate faciendo proximis omnia quæ  
 volumus vt ipsi faciant nobis. Et nemini faciendo, quod  
 nolimus, vt ipsi faciant nobis. Hæc non solum sunt tota  
 lex & prophetæ, sed sunt etiam adimpletio, totius euange-  
 lij gloriæ beati dei. Qui in ijs seruit Christo, placet deo &  
 probatus est hominibus.

Ad scopum illum docendum, ad has vias dei discendas, C  
 pernoscendas, plurimum faciunt præcedentium historie,  
 tum bonorum, tum malorum, tum electorum, tum repro-  
 borum: Nam in illis bonitatem & seueritatem dei intue-  
 mur. Bonitatem quidem in vasis electionis & misericor- Rom. II.  
 dordiæ, qui per gratiam Dei in bonitate permanserunt  
 vsque in finem. Gratia enim dei sunt & fuerunt quidem  
 & non ex seipsis. Seueritatem verò, in vasis iræ & con- 1. Cor. 15.  
 tumeliæ aptis ad interitum, quos iusto semper (nobis li-  
 cet incognito) iudicio, in stercorebus suis permittit com- Iohel 1.  
 putrescere: eò quòd diuitias bonitatis, & patientiæ & lon- Rom. 2.  
 ganimitatis eius contemnunt, ac tempore indulto illis ad  
 penitentia, abutuntur in superbia sua, quæ semper ascen- Iob 24.

F 3 dit,

Titi 1.

Ephe. 4.

Psal. 77.

Matt. 22.

Rom. 12.

Luc. 10.

1. Ioh. 5.

Matt. 7.

Luc. 6.

Tob. 4.

Rom. 14.

dit, & nunquam nõ in peius proficit, vsq; in sordibus for-  
descens, addensq; præuaricationes.

Exempla tum sanctorum tum impiorum sunt intuen-  
da. Cap. XXI.

- A**Vnde, qui canonem sacrum testamenti veteris di-  
gesserunt, non solum in auctoritatem, legis libros,  
**Num. 21.** quos Moses amicus Dei scripsit (quamuis exemplorum in  
eis, tum piorum, tum impiorum, grandis sylua digesta sit)  
sed & historiarum libros receperunt in canonem suum.  
**1. Cor. 12.** Quatenus ista vel legentes vel audientes, iustitiæ bono-  
**Gal. 4.** rum, qui per opera bona deo placuerunt ab initio, data o-  
pera studerent æmulatores fieri. Reproborum verò, qui  
**Eccles 8.** absq; omni timore mala perpetrant, & iniquè agunt vs-  
quequaq; facinora, & deo odibilia opera, vt lineam mini-  
atam, vt lætale mulsam, vt ipsam mortem, fugerent, deui-  
tarent, formidarentq;. Atq; in hunc modum, manus suas  
**Psal. 57.** lauarent in sanguine peccatorum. Hinc Balthasar rex, à  
**Dan. 5.** Daniele arguitur, quòd expatris sui Nabuchodonosor  
deiectione quam scribit, non humiliavit cor suum, sed  
magis aduersus deum cæli eleuauit, vasis tèpli abusus fuit,  
**Psal. 36.** idola coluit, deum cæli non glorificauit: ideo regno, gen-  
te, & vita orbatus fuit: Nemo igitur æmuletur in malignã-  
tibus, neq; zelauerit facientes iniquitatem. Quoniam qui  
malignantur exterminabuntur, confirmat autem iustos  
dominus. Hinc Apostolus ad exempla malorũ intuenda,  
ne eos imitemur in malo, & iustam dei iram super nos pro-  
**1. Cor. 10.** uocemus adhortatur dicens: Ne sitis concupiscentes ma-  
lorum, sicut & illi cõcupierunt &c. Neq; idololatræ: neq;  
fornicemur, neq; tentemus Chrm. Neq; murmuraueritis,  
sicut qdam illorũ murmurauerunt, & perierunt ab exter-  
**Ecc. 17.** minatore. Hæc em̃ om̃ia, illis cõtingebãt in figura nostri.  
Hinc seruator noster ait: Memores estote vxoris Loth.

De bonorum electorumq; iustitia æmulanda ait Apo- **B**  
 stolus: Mementote prapositionū vestrorū, qui locuti sunt  
 vobis verbum Dei: quorum intuentes exitum, conuersa-  
 tionis fidem imitami: Et iterum: Cupimus vnūquemq; *Hebr. 13.*  
 vestrū, eandem ostentare sollicitudinem, ad expletionem *Heb. 6.*  
 spei vsq; in finē, vt nō se gnes efficiamini: verū imitatores  
 eorum, qui fide & patiētia, hæditarūt promissiones Dei.  
 Et frater dñi Iacobus ait: Exemplum accipite fratres exi- *Iacob. 5.*  
 tus mali, & longanimitatis & laboris & patientiæ, prophe-  
 tas, qui locuti sunt vobis in noīe dñi. Ecce beatificamus e-  
 os qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finē dñi  
 vidistis. Ergo æmulari debemus charismata meliora. Hinc  
 rursus scriptum est: Attendite ad petram vnde excisi estis, *1. Cor. 12.*  
 & ad cauernam laci vnde præcisi estis. Hoc est, ad Abra- *Esa. 51.*  
 ham & Saram: Vt si Abrahæ filij estis, & vultis in illo glo- *Ioan. 16.*  
 rari, tunc & opera Abrahæ facite: Ambulate coram deo, *Gene. 15.*  
 & estote perfecti in fide & dilectione. Nam qui seruat ver-  
 bum Dei, verē in illo charitas Dei perfecta est. Ideo si fide *1. Ioan. 2.*  
 Abrahæ imitatores fuerimus, quæ fuit donis operibus ad- *Iacob. 2.*  
 ornata, & operosa per dilectionē, tum cū fidei Abraham *Gal. 5.*  
 benedictionem consequemur à deo. Hinc tuba euangelij *Galat. 3.*  
 ait: Imitatores mei estote fratres, & non solū mei, sed &  
 illos oēs obseruate, qui ita ambulant sicut habetis formam  
 nos. Hinc tam longum & sanctissimū catalogum sanctorū *Philip. 3.*  
 ad Hebræos ex ordine recēset qui per fidē deo placuerūt, *Heb. 11.*  
 in fide vixerūt, & deo digna & accepta opera fecerunt. Vt  
 ex eis discam⁹, qualis debeat esse fides nostra. Nō inanis & *1. Cor. 15.*  
 vacua, nō diabolica & mortua, nō reprobōrū aut ficta, sed *Iacob. 2.*  
 electorū & dei, sed vera, sed viua, sed sana, sed iustificans,  
 sed pbata. Supuacū stultæ virgines & seruus piger in dñi  
 misericordiā sperauerūt. Frustra edones & bibones, q̄ ver-  
 bū Dei audierūt & non fecerūt, sed iniquitatē operati fu-  
 erant, nomen domini inuocauerunt: Temere ad nuptias  
 ingres-



- ingressus fuerat cum inani & vana fide sua, qui veste nuptiali charitatis non fuerat superindutus. Qui adhuc scopum scripturam, docet, tractat & exponit, nempe, vt audientes declinent à malo & faciant bonum: Et super omnia charitatem continuam habeant in semetipsis, quæ omnia credit, & omnia sperat: Iste viam Dei docet in veritate: Hic rectè tractat verbum veritatis: Ex sinceritate loquitur verbum dei, sicut ex deo reuelatum est, coram deo in Christo. Hic fidelis dispensator est multiformis gratiæ dei. Hic ad iustitiam plurimos erudit. Ideo sicut sol & stella fulgebit in æterna claritate, & super omnia bona domini sui constituetur. Qui secus tractat verbum dei, adulterator est, & eius pessimus deprauator, cuius finis erit secundum opera sua in igne æternæ damnationis.
- Psal. 33.*  
*1. Pet. 4.*  
*Matt. 22.*  
*2. Tim. 2.*  
*2. Cor. 2.*  
*Dan. 12.*  
*Luc. 12.*  
*2. Cor. 11.*

## Scopus sacre scripture perstringitur. Cap. XXII.

- A** **V**T autem omne os magistrorū mendacium obstruatur, & subditus fiat omnis homo deo & verbo eius, apostolum audiamus, scopum hunc quem diximus confirmantem: Omnis scriptura, inquit, diuinitus inspirata, utilis est ad docendum ignorantes, fidem videlicet & quæ fidei sunt, vt præordinati ad vitam æternam, per fidem & verbum dei instructi, in fide faciāt voluntatem dei, & dignè ambulent deo & euangelio gratiæ eius, in omni opere bono fructificando.
- B** Deinde scriptura utilis est ad arguendum, negligentes videlicet & peccantes. Ille (inquit Christus) arguet mundum, de peccato infidelitatis, de iusticia, quam non faciūt & de iudicio, quod non expauescunt. Hoc fecit, qui amor, charitas, benignitas & bonitas ipsa est, spiritus sanctus. Vnde colligitur, quod in spiritu lenitatis fieri debet reprehensio & misericordia, Et si aliquando oportet aliquos durius increpare, aut tradere Satanæ in interitum
- Rom. 3.*  
*2. Tim. 3.*  
*Rom. 1.*  
*Act. 18.*  
*Deut. 6.*  
*Mich. 6.*  
*Eph. 4.*  
*Ioan. 16.*  
*Gal. 6.*  
*Psal. 140.*

carnis vt spiritus saluus fiat. Nihilominus iuxta vinũ mor- *1. Cor. 5.*  
dens & oleum leniens esse debet. Sic in arca Dei, cum vir- *Luc. 10.*  
ga correctionis erat manna, omnis suauitatis saporem ha- *Heb. 9.*  
bens. Sic oportet otiosos, vt laborent in vinea, adhortari: *Matt. 20.*  
pigros, ne gratiam Dei in vacuum recipiant, admonere, *2. Cor. 6.*  
ne acceptum talentum in sudarium inuoluant, & sub ter- *Matt. 25.*  
ra recondant.

Est item scriptura utilis ad arguendum seipsum. Nam **C**  
ex ea peccator discit arguere vias suas in conspectu Dei, *Iob 13.*  
confiteri aduersum se iniustitias suas domino, iuxta illud: *Psal. 31.*  
Ipse meipsum reprahendo: Sic Dauid dixit: Tibi soli pec- *Iob 40.*  
caui, & malum coram te feci. Ego sum qui peccaui, & ego *2. Re. 24.*  
iniquẽ egĩ. Sic Apostolus facit ad Timotheum: Ego blas- *& 12.*  
phemus fui & persecutor &c. Et Manasses seipsum accu- *1. Tim. 1.*  
sans ait: Ego peccaui super numerum arenæ maris: pecca- *2. Par. 37.*  
ui domine, peccaui, & iniquitatem meam agnosco. Sic pu- *Luc. 18.*  
blicanus in templo, Magdalena in cõuiuiõ, Petrus in præ-  
torio, Latro in cruce, accusatores sui ipsius fuerunt, & remis- *Prou. 18.*  
sionem impietatum & peccatorum suorum obtinuerunt.

Tertio, scriptura utilis est ad corripiendum obstinatos, **D**  
in reprobum sensum datos, conuersos in arcum prauum. *Rom. 1.*  
Ideo Apostolus hereticos, cõset corripiendos. Et ad The- *Tit. 3.*  
sella. Corripite inquietos. Sic propter iniquitatem corri-  
piuntur homines. Sic & Balaam scelestus, correptionẽ ve- *Psal. 38.*  
sania suæ habuit subiugale animal: Sic Christus iubet vt *Num. 22.*  
peccantem fratrem corripiamus. *Matt. 18.*

Quarto loco, utilis est scriptura sacra ad erudiendũ re- **E**  
spiscentes à diaboli laqueis in iustitia: vt vniciq; quod  
suum est reddant. Vt sobriè, piè, & iustè viuant in hoc se- *Tit. 2.*  
culo, impietate & omnibus secularibũs desiderijs abnega-  
tis. Et sicut prius exhibuerunt membra sua seruire immũ *Rom. 6.*  
ditia & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibeant ea  
seruire iustitia in sanctificationem.

**G** Quin-

- F** Quinto utilis est scriptura, vt ex eius institutiōe homo Dei fiat perfectus in oīm virtutum exercitio & consummatione, sicut scriptum est: Perfecti estote, sicut & pater vester cælestis perfectus est. Sic magister & doctor gentium in fide & veritate, docuit in omni sapientia, vt exhiberet oēm hominem perfectum in Christo Iesu. Hinc Salomon ait: Iustorum semita quasi lux splendens est, quia crescit in gratia & proficit, eundo de virtute in virtutē, donec peruenit ad perfectum diem gloriæ.
- G** Sexto, per scripturam fit homo ad omne opus bonum instructus, Dei namq; creatura noua facti sumus, renati & regenerati per aquam & verbum ex Deo, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus, fructificemus & diuites fiamus. Sic scriptura nos docet, quid, quando, quomodo, vbi, quo fine, quodli-  
 let opus bonum (per quod lucere debemus coram hominibus) fit faciendum. Vt omnia faciamus in numero, pondere & mensura: Vt faciamus bona opera nostra, in numero, considerando sollicitè, quæ & quanta debemus: In pondere & specie, quomodo debemus: In mēsurā, quo ordine & fine sunt facienda. Ecce, modus, species & ordo: ex quibus est bonitas in creaturis, cum in eis reperiuntur. Et quanto hæc tria absolutiora sunt in creaturis, tātō sunt meliores & Deo proximiores & chariores. Et quanto ab ijs longius receditur, tanto res et opera sunt minores momenti coram Deo. Vbi hæc magna sunt, ibi perfectum est opus, et operans magnus coram dño. Vbi parua, parua, vbi nulla, ibi et opus et operantis nihil est, coram Deo. Hæc  
 aut Deus omnia operatur in oībus hominibus bonæ voluntatis et piæ agentibus, et viuentibus in Christo Iesu. Quia ex ipso, et per ipsum, et in ipso, sunt omnia electorum opera bona. Nā seruator noster semetipsum in mortē tradidit pro nobis, vt redimeret nos ab oīi iniquitate carnis et spi-
- Matt. 5.**  
**Tob. 1.**  
**Prou. 4.**  
**Ephe. 5.**  
**Ephe. 2.**  
**Col. 1.**  
**1. Tim. 6.**  
**Matt. 5.**  
**Sap. 11.**  
**Philip. 2.**  
**Rom. 11.**  
**Titi 2.**

Et spiritus et mundaret sibi, in sanguine suo, populū acceptabilem, sectatorē bonorum operū. Hæc autē sex, omnes doctores sancti prisca & neoterici docent cōcorditer. Unde consequens est, tubam euangelij, hoc loci, nō solūm libros canonicos designasse, cum dicit, omnis scriptura diuinitus inspirata: sed etiam sanctorū doctorū lucubrationes et documenta: per quæ canonici libri ad amūssim luculentissimè atq; verissimè sunt declarati et illustrati.

Luderanorum verò doctrina impia, sic sacra deprauatur scriptura et adulteratur, vt fides electorum et veritatis *1. Pet. 3.* obliteratur, vitia seminantur, virtutes proscribantur, mores *2. Cor. 2.* corrumpantur, et ad omnia opera bona viri illius viæ, et mulieres, reprobī reddantur. Libentius enim de diabolo, quàm de bonis operibus sermonem audiunt: Ideo opposita huic scopo docent et faciunt.

*Sapientia uera suis coloribus depingitur. Cap. XXIII.*

**I**lla est vera sapientia, quæ desursū descendit à patre luminum, in animas sanctas se transfert, & amicos Dei ac prophetas constituit. Hanc suis coloribus graphice Apostolus Iacobus delineans, ait: Sapientia vera, primū pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena fructibus bonis & sine omni simulatione. Per hanc sanati sunt & saluati, quotquot Deo placuerunt ab initio. Et neminem Deus diligit, nisi qui cum sapientia inhabitat. *Iacob. 1. Sap. 7. Iacob. 3. Sap. 7.*

Luderanorum sapientia primum impudica est, pacis impatientis, dissensiones seminans & turbationes, immoderata, pertinax & obstinata in malicia, malis consentiens, plena crudelitatis & operibus malis, & ipsissima fictio & simulatio maledicta. Nam diabolica est, terrena & animalis, *1. Ioan. 2.* diabolicos, terrenos & bestiales reddens suos professores, vt ex fructibus eorum est cernere.

Luderani imitantur Sadducæos. Cap. XXIII.

**Q**Uod verò Luderani agganniunt, doctores & prædicatores multa absq; scriptura dicere, raro scripturam allegare: sed exempla, sed similitudines, sed somnia, sed visiones & reuelationes obtrudere, verbo Dei interim vel ignorato vel neglecto. Ad ista respondéo: Primú, esse hanc perfidissimorum Sadducæorum calumniã, qua freti, perinde ac ariete fortissimo aut muro æneo, (vt & modo perditissimi faciunt imitatores eorú Luderani) historiarú libros, hagiographa & sanctorú prophetarum scripta exhibebãt. Sic diabolum & apostolos diaboli, Luderani semper imitantur in malo, Et hoc gloriæ maximæ datur apud eos, opus certè, corona probrosa dignum & flammis.

In sacris literis, uisionum magna sylua est. Cap. XXV.

**I**N historiarum libris, in hagiographis, in prophetis, in ipsis etiam Mosi libris certè magna est sylua uisionum, reuelationum, somniorum, similitudinum & parabolarú. Et hæc sola ad Luderanorú cauillationem falsam, sufficeret responsio, qua impudens ac mendax os eorú obstrueretur. Nempe, q̄ hæc falsa, mēdax & impia cauillatio, (quæ apud Luderanos pro oraculo aut Sibyllinis folijs ueneratur) non solum, doctorum lucubrationes, sed & maximam noui & ueteris testamenti scripturam sugillat, abijcit & damnat. Sed & ex ore proprio conuincuntur, quorum filij sint & discipuli, & loquela eorum manifestos e-

*Matt. 26.* os facit, dum Sadducæorum instar, molitionibus & uerbis similibus utuntur, quibus illi Synagogam prophetis, hagiographis & historijs, eiusdem isti ecclesiam sanctam, magna parte sacrarum literarum: & doctorum scriptis priuare adnituntur. Sed frustra iacitur retè ante oculos pennatorum. Nos Sirenum uoces, & Circes pocula nouimus.

*Prou. 1.* Argui-

Arguitur aliquorum prædicatorum inertia & in-  
scitia. Cap. XXVI.

**A** Bsit nihilò fecius, quòd aliquorù inertiam vel in-  
scitiam palpare vel excusare velim. Cum, heu, in  
confesso sit, & luce meridiana clarius, multos curam ani-  
marum habentes, sacre scripturæ studio & lectione negle-  
cto (in qua meditari die ac nocte deberent, & voluntatè  
habere, eam perscrutando & conferendo) sua lucra sectari, *Psal. i.*  
indulgere calicibus epotandis & genio gaudere. equis ca- *Ioan. 5.*  
nibus & aprici gramine campi, & inertio otio perdere tem-  
pus concessum: Quorù ego vitã ac mortem, iuxta æstimo.  
Alij, proh pudor, à fœminis discunt, quod viros doceant. *Psal. 39.*  
Alij insanias falsas aut fabulationes narrat, aut quæ in sym- *Psal. 118.*  
posijs audierunt eruçant, quando populum scientia salu-  
tis & doctrina imbuere deberent. Nec quorundam sermo-  
nistarum quos vocant laudò aniles nenias. Neque eo infi-  
cias, in sermonistis nonnullis quædam inueniri parui pò-  
deris, momenti & vtilitatis. At, parcite paucorù crimè dif-  
fundere in omnes, ait Naso. Cefendus est quilibet doctor  
suis meritis.

Próinde simplicium scriptorum, quos (si placet) non **B**  
proletarios, sed lactis datores appellare possumus, simpli-  
cem & puerilem doctrinam, simplici & bono animo tra- *1. Cor. 3.*  
ditam ad eruditionem insipientium, Magisterium infan- *Rom. 2.*  
tium, ac instructionè paruulorù quibus lacte opus est (eo *Hebr. 3.*  
quòd solidum eibum, sermonè videlicet iusticiæ & sapiè- *1. Cor. 2.*  
tiæ quã apostolus loquebatur inter perfectos, capere non  
possunt) non debemus calumniari, fugillare siue damna-  
re sed temporis habita ratione & personarum, boni consu-  
lere, & grati esse. Sunt & in Ennij stercorib⁹ vniones pre-  
tiosissimi, quos non piguit nec puduit optimù poetarum  
Maronè ex eis colligere. Sæpe etiã est holitor valde oportu-  
na locutus & salutaria, imo quandoque vtiliora semptè  
**G 3** viris

- 1. Cor. 3.** viris sententias loquentibus, si fuerit auditis. Sic apostolus carnalibus & indoctis lac potum dedit. Atque hoc est quod magis ædificat indoctos (quibus in sermonibus istis sudatum est) nempe humilia, vulgaria & visibilia proponere, quæ capere possunt, quàm subtilia discutere, quæ apprehendere nequeunt, id quod moris illis est, qui se ipsos prædicant, & non dominum Iesum Christum. Verùm, potus iste lactis, nihil derogat sermonei iustitiæ & sapientiæ, quem sancti doctores, ecclesiastici maximè, loquuntur inter perfectos. Illi vnum talentum quod acceperunt, fideliter posuerunt ad vsuram: Isti in duobus, alij in quinque negotiati sunt, prout vnusquisq; gratiam à domino accepit.
- Luc. 19.** Arguendi, si in sudario inuolutum abscondissent in terra,

*Nihil peius & damnabilius quam dum sacra scriptura  
in alieno sensu allegatur & proponitur,  
Caput. XXVII.*

- A** Sed & hoc conabor ostendere, quòd licet bonum sit, sententiæ crebrius sacra scripturæ allegare inunctionibus, vt verbum Dei ab ùde habitet in nobis: Et qui loquitur in prædicatione, loquatur sermones Dei: Vt sic omnis scriba doctus in regno Dei & cælorum, sit similis homini patrifamilias, qui profert (dum pascit gregem suum prædicando non indoctas fabulas, non insanias falsas, non fabulationes impias) de thesauro cordis sui bono, noua & vetera, hoc est, noui & veteris testamèti testimonia, in germano & catholico sensu allegata. Hoc tamè testor & dico quòd nihil periculosius nihil dånabilius, quàm si sacra scriptura, in nõ suo sensu fuerit allegata, sicut mos est hæreticis. Quàto em̄ plures scripturas quasi per capillos etiã rentes ad sua paradoxa fulcienda trahunt & torquent, tãto maiore fidẽ sibi & fauore apud indoctũ & instabilem popullũ cõciliãt, qui spiritus nõ probat vtrũ ex Deo sint, sed ad per-
- Col. 3.** bus. vt verbum Dei ab ùde habitet in nobis: Et qui loquitur in prædicatione, loquatur sermones Dei: Vt sic omnis scriba doctus in regno Dei & cælorum, sit similis homini patrifamilias, qui profert (dum pascit gregem suum prædicando non indoctas fabulas, non insanias falsas, non fabulationes impias) de thesauro cordis sui bono, noua & vetera, hoc est, noui & veteris testamèti testimonia, in germano & catholico sensu allegata. Hoc tamè testor & dico quòd nihil periculosius nihil dånabilius, quàm si sacra scriptura, in nõ suo sensu fuerit allegata, sicut mos est hæreticis. Quàto em̄ plures scripturas quasi per capillos etiã rentes ad sua paradoxa fulcienda trahunt & torquent, tãto maiore fidẽ sibi & fauore apud indoctũ & instabilem popullũ cõciliãt, qui spiritus nõ probat vtrũ ex Deo sint, sed ad per-
- 1. Pet. 4.** tur in prædicatione, loquatur sermones Dei: Vt sic omnis scriba doctus in regno Dei & cælorum, sit similis homini patrifamilias, qui profert (dum pascit gregem suum prædicando non indoctas fabulas, non insanias falsas, non fabulationes impias) de thesauro cordis sui bono, noua & vetera, hoc est, noui & veteris testamèti testimonia, in germano & catholico sensu allegata. Hoc tamè testor & dico quòd nihil periculosius nihil dånabilius, quàm si sacra scriptura, in nõ suo sensu fuerit allegata, sicut mos est hæreticis. Quàto em̄ plures scripturas quasi per capillos etiã rentes ad sua paradoxa fulcienda trahunt & torquent, tãto maiore fidẽ sibi & fauore apud indoctũ & instabilem popullũ cõciliãt, qui spiritus nõ probat vtrũ ex Deo sint, sed ad per-
- Matt. 13.** scriba doctus in regno Dei & cælorum, sit similis homini patrifamilias, qui profert (dum pascit gregem suum prædicando non indoctas fabulas, non insanias falsas, non fabulationes impias) de thesauro cordis sui bono, noua & vetera, hoc est, noui & veteris testamèti testimonia, in germano & catholico sensu allegata. Hoc tamè testor & dico quòd nihil periculosius nihil dånabilius, quàm si sacra scriptura, in nõ suo sensu fuerit allegata, sicut mos est hæreticis. Quàto em̄ plures scripturas quasi per capillos etiã rentes ad sua paradoxa fulcienda trahunt & torquent, tãto maiore fidẽ sibi & fauore apud indoctũ & instabilem popullũ cõciliãt, qui spiritus nõ probat vtrũ ex Deo sint, sed ad per-
- 2. Pet. 1.** patrifamilias, qui profert (dum pascit gregem suum prædicando non indoctas fabulas, non insanias falsas, non fabulationes impias) de thesauro cordis sui bono, noua & vetera, hoc est, noui & veteris testamèti testimonia, in germano & catholico sensu allegata. Hoc tamè testor & dico quòd nihil periculosius nihil dånabilius, quàm si sacra scriptura, in nõ suo sensu fuerit allegata, sicut mos est hæreticis. Quàto em̄ plures scripturas quasi per capillos etiã rentes ad sua paradoxa fulcienda trahunt & torquent, tãto maiore fidẽ sibi & fauore apud indoctũ & instabilem popullũ cõciliãt, qui spiritus nõ probat vtrũ ex Deo sint, sed ad per-
- Psal. 39.** dicando non indoctas fabulas, non insanias falsas, non fabulationes impias) de thesauro cordis sui bono, noua & vetera, hoc est, noui & veteris testamèti testimonia, in germano & catholico sensu allegata. Hoc tamè testor & dico quòd nihil periculosius nihil dånabilius, quàm si sacra scriptura, in nõ suo sensu fuerit allegata, sicut mos est hæreticis. Quàto em̄ plures scripturas quasi per capillos etiã rentes ad sua paradoxa fulcienda trahunt & torquent, tãto maiore fidẽ sibi & fauore apud indoctũ & instabilem popullũ cõciliãt, qui spiritus nõ probat vtrũ ex Deo sint, sed ad per-
- Psal. 118.** bulationes impias) de thesauro cordis sui bono, noua & vetera, hoc est, noui & veteris testamèti testimonia, in germano & catholico sensu allegata. Hoc tamè testor & dico quòd nihil periculosius nihil dånabilius, quàm si sacra scriptura, in nõ suo sensu fuerit allegata, sicut mos est hæreticis. Quàto em̄ plures scripturas quasi per capillos etiã rentes ad sua paradoxa fulcienda trahunt & torquent, tãto maiore fidẽ sibi & fauore apud indoctũ & instabilem popullũ cõciliãt, qui spiritus nõ probat vtrũ ex Deo sint, sed ad per-
- 1. Ioan. 3.** to maiore fidẽ sibi & fauore apud indoctũ & instabilem popullũ cõciliãt, qui spiritus nõ probat vtrũ ex Deo sint, sed ad per-

ad perditionem suam ruens cuilibet verbo credit. Scriptura *Pro. 14*  
 autem ut nihil est utilius, si recte intelligatur, & ea legitime  
 utamur, ita contra nihil damnabilius, periculosius & nocentius,  
 si ad prauum sensum & nothum (sicut faciunt hæretici) torqueatur.

*Quomodo allegari debeat scriptura, & quando, & an  
 nihil aliud quam scriptura prædicari possit.*

Caput. XXVIII.

**D**ebet ergo prædicator verbum Dei allegare, & si po-  
 test, nihil aliud prædicare. Nihilominus, nec illa sper-  
 nendus est prædicator, qui pro simplicium filiorum Dei, pusilli-  
 gregis Christi, & communis populi ædificatione & ca-  
 ptu etiam aliena quæ expediunt ædificant, & conferunt insti-  
 tuto adducit & allegat, quamuis in sacris literis, si sola ver-  
 ba respicimus, non sint digesta. Sed neque illud spernendum esse  
 ducimus, quod raro allegat scripturæ loca: nec crebras autho-  
 ritates super illas adglomerat: dummodo à Christi spiritus  
 sancti non deflexerit voluntate, quæ est ædificatio popu-  
 li auscultantis. Nam multæ allegationes, paruulos, indoctos,  
 simplices & carnales non ædificant, sed eorum auditum & memo-  
 riã confundunt adeo ut plerumque cõciõne finita tam recedat igna-  
 ri, quam venerat. Crebro etiam fit ut cõcionatores aconita puer-  
 forum dogmatum, sub folijs scripturarum occultant, vel aucupanda  
 laudis transitorie gratia, semetipsos predicantes, cõtones ta-  
 les scripturarum cõfarciant. Sed hac in re, nemo facile est iu- *1. Cor. 2.*  
 dicandus, cum nemo sciat quod agatur in homine nisi spiritus  
 hominis, qui est in homine & scrutator cordium & renum  
 cogitationum, item discretor intentionum cordis, Deus. *Hebr. 5.*  
 Nihilominus, sermo simplex, in gratia sole conditus de B  
 noti prædicatoris, qui facit & docet, penetrat cor, gra- *Eph. 4.*  
 tiam & ædificationem fidei auditoribus bonæ volunta- *Col. 4.*  
 tis tribuit, corda compungit, ciet lachrimas, ignem a- *Luc. 12.*  
 moris accendit, à diaboli laqueis accepto, salutis consilio, *2. Tim. 2.*  
 resipisce.



- 1. Reg. 10.** resipiscere facit. Mutat in viros alios, deponere facit veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris cum actibus suis, & induere nouum, qui secundum Deum creatur in iusticia & sanctitate veritatis. Eiusmodi prædicator, Helias zelator legis, fuit, qui ascendit sicut ignis, & sermo eius ut facula ardebat. Talem ardorem amoris diuini, sermo Christi in discipulorum cordibus accendit: vnde dicebant: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via & aperuit nobis scripturas? vnde & lex D E I ignea dicitur: & omnis sermo Dei ignitus, qui sincere prædicatus, & simplici corde auditus, ignea corda & tractabilia reddit. Aia mea liquefacta est: factum est cor meum tanquam cera liquefcens: concaluit cor meum in me, ut dilectus meus locutus est: & in meditatione mea (qua auditum sermonis instar agni & ouis ruminatio) exardescit ignis in corde meo, diuini amoris, quem Christus misit in terram, & voluit ut arderet. Sermo talis siue prædicatio, ad omnia utilis est. Nam intellectum illuminat per fidem, memoriâ firmat per spem, voluntatem inflammat, purgat & ordinat per charitatem, cor penetrat emollit induratos, obstinatos conuertit, elongatos reducit saluat perditos, lucratur peccatores, bonos confirmat in omni opere & sermone bono.

*Sanctorum doctorum scripta, non sunt additiones ad verbum Dei Caput .XXIX.*

**A**bsit etiam, quod damnemus id in ecclesiasticis scripturis cum Iudeis sycophantibus, quod vel inuiti nobiscum laudibus efferre coguntur in Dei prophetis. Deus namque perfectam legem Iudæis dedit, quia Dei perfecta sunt opera. Perfectum verò illud dicimus, cui nihil addi potest, & omnia requisita habet. Ergo nec legi Dei perfectæ aliquid

quid addi potest aut debet, domino præcipiente sub pœ- Deut. 4.  
na mortis æternæ. 12.

Verū in lege nusquā scripta sunt sanctorū oracula pro- B  
phetarum Psalms David, parabolæ Salomonis ter mille Pro. 30.  
& carminum eius quinque milia, nec eius epithalamium, Apo. 22.  
nec ecclesiastes, nec liber Iob: Sed neq; in lege vlla de cu- 3. Reg. 4.  
neis prophetarum, in minimo verbo fit mentio, quos Sa- C  
muel instituit ad laudandum Deum in musicis instrumē 1. Par. 10.  
tis, nec vlla ibi fit mentio de sacerdotum diuisione in 24.  
classes & tam ingens à David facta diuini cultus augmēta 1. Præ. 24.  
tio: Nec in lege præcipitur festum vnum & alterum dedi- 3. Reg. 8.  
cationis templi: cū sciamus illud in summa veneratione fu 1. Ma. 4.  
isse apud priscos, etiam per præsentiam corporalem nostri Ioan. 10.  
seruatoris honoratum: nec lex præcepit ieiunium san- Zach. 8.  
ctum quater in anno fieri in gaudium & in lætitiā in so-  
lennitates præclaras.

Nec filijs Rechab paupertatem, & continentiam eorum D  
singularem, Deo nihilominus acceptissimam præcipit. Hier. 35.  
Quis Iudith præcepit vt cilicium ad viuam carnem por-  
taret, vidua maneret, clausa cum puellis suis maneret, si-  
ne intermissione oraret, omnibus diebus vitæ suæ (sab-  
batis & neomenijs exceptis) ieiunaret? Quis Annam Pha- Iudith. 8.  
nuelis vrgebat vt vidua maneret annis 84. 1. à templo nō Luc. 2.  
discederet, ieiunijs & obsecrationibus diu & noctu domi-  
no omnibus diebus suis deseruaret?

Et quis iussit vt sanctissimus natus mulierum panē non E  
comederet, eremi deserta incoleret, hominum consortia  
declinaret, & pilis camelorum se vestiret, sonam pellice- Matt. 10.  
am ad lumbos differret, locustas & mel siluestre comede- Rom. 1.  
ret? Aut hos in sortem reproborum adnumerare Saducæ- Luc. 1.  
os nostros oportet, aut concedere, quod vnctio de his om- & 3.  
nibus eos docuit: Et quod super omnem Dei laudem adij- 1. Ioan. 2.  
cere, bonum est & Deo acceptū, & omnia pietatis, salutis, Psal. 70.  
iusti-

H iusti-

iustitiæ, sanctitatis, virtutis, perfectionis studia, in lege domini disertis verbis digesta non esse: nec peccare eos, qui ea quæ religionis, pietatis, salutis, sanctitatis & perfectionis opera faciunt, ordinant, instituunt, vel quæ in his seruiunt Christo: multo magis autem per hæc placere Deo, & hominibus bonis & rectis corde se probare contendunt. Respondeant hic Saducæi nostri, quicquid voluerint, vel magis, quod potuerint. Si hæc in lege domini sunt præcepta, adducant scripturas. Si non, maledictionis filij & dånationis rei sunt æternæ: qui hæc & alia multa, de quibus modo nõ est dicendum per singula, ad legem Dei perfectam (cui nihil addi vel potest vel licet) superordinauerunt.

*Religiones sacræ in sacra scriptura fundatæ  
sunt. Cap. XXX.*

**A**SI hæc calumniatores religionũ, vel scirent, vel secũ reputarẽt, nunquam condemnassent innocentes patres religionũ institutores. Religioes & regulæ patrũ, summa sunt euangelij, via excellentior & arcta quæ ducit ad crucem Christi, scalæ cæli, perfectionis semitæ, conuersatio cælestis, virtutũ scholæ, angelicæ in terris viuendi forma. Nec sunt desolanda monasteria, sed incolæ eorũ ad puram absolutamq; regulæ quam professi sunt obseruatiam, modis debitis & medijs reducendi.

*Parabolas et uisiones locuti sunt Prophete.  
Caput. XXXI.*

**A**Mplius, si prophetarũ libros inspiciam, & accuratissimè legim, raro verba legis allegant, rarissimè verba eorũ in lege Dei expressa sunt. Quot legimus parabolas in Hieremia & Ezechiele, ceterisq; prophetis? Vnde Iudæano patrũ olim similia verba dixerunt ad Ezechielem, quæ illa ipsi exprobant nobis. Dominus mandauit Ezechieli, ut in parte

in parabolis, filijs sceleratis & desertorib<sup>9</sup>, sic & sic loque-  
retur. Respondit propheta: Ah, ah, ah, domine Deus: Ipsi  
dicunt de me: Nunquid non per parabolas loquitur iste?  
Eze. 20. Hoc modo verbū domini fiebat eis in obprobri-  
um, & non susceperunt illud. Hier. 6. Quot visiones? quot  
rerum naturalium argumenta? quot similitudines? quot  
somnia? quot exempla? quot apparitiones? & similia in sa-  
cris literis obuia sunt in libris Mofi non digesta. Nihilo-  
minus omnia in sacro canone sunt, sicut & illi libri & au-  
thores, in quibus scripta sunt, & pro veris habentur, quia  
nihil aliud nisi legē Dei prædicauerunt: non verba, sed sen-  
sum legis, scopum & finem respiciendo, ac voluntatem le-  
gislatoris: à cuius voluntate, dum nō deflexerunt, verbū  
Dei est, quicquid huic accommodum & consonum dixe-  
runt vel scripserunt. Scopum vbiq; tenuerunt, ad puram  
& perfectam legis obseruationem verbis & factis populū  
reducendo, adhortando, minis & promissis.

Et vt plusculum quid dicam: Si exempla, res gestas, pa-  
rabolas, similitudines, rerum naturalium comparationes,  
de euangelio Christi amoueris, parum est, quod remane-  
bit. Sed istis euangelia Christi exuberant, quia talia simpli-  
ces & indocti melius intelligere & recordari possunt, si-  
cut scriptū est: Multis parabolis Christ<sup>9</sup> populo loqueba-  
tur verbum salutis, prout poterant audire & intelligere. *Roma. 2.*  
Sine parabola autem non loquebatur eis.

Ergo, qui voluntatem Dei populo purè & fideliter **C**  
annunciat, & scripturæ scopum seruat, & sic populo lo-  
quitur, quòd ex eius factis & verbis populus ædificatur,  
Deo lucrifit, saluatur, declinat à malo & facit bonum, cres-  
cit in grā, it de virtute in virtutē, fructificat in omni ope  
bono, etiā si raro scripturā doctor allegauerit, raroq; ver-  
ba euāgelij adduxerit verbū Dei ē, quicquid dicit. Bon<sup>9</sup> ē mini-  
ster verbi fidelis dispensator mysteriorū & græ Dei, Nā p

H 2 vnctio-

1. Ioh. 2. vñctioē quā habet à sancto, doceēt de oībus: vel ex lumine.  
 Psal. 4. vult⁹ Dei q̄ signatū est sup̄ nos q̄ lex Dei est scripta in cor-  
 Roma. 2. dibus nostris, fandi atq; nefandi cognitionē tales habēt &  
 verbis fanis exuberant: vel ex libo magno creaturarū sapi-  
 entiam veram didicerunt, de quo fusius infra dicemus.

*Hæreticorū doctrina, non est ex Deo & sacra scriptura:  
 sed ex eorum patre diabolo, & scripturæ  
 deprauatione. Cap. XXXII.*

**A** Contrario, qui à voluntate Dei, quæ est sanctifica-  
 tio nostra, scripturam prædicando, docendo, ex-  
 ponendo, se auertit: & ex cuius doctrina simplices seducū-  
 tur, mores boni corrumpuntur, vitijs frena laxantur, vota  
 rumpuntur, ad vomitum reditur, boni in arcum prauum  
 conuertuntur, mali plus appropinquāt ad portas mortis:  
 quod verum, quod pudicum, quod iustum, quod sanctū,  
 quod amabile, honestum, pulchrum, ordinatum, virtuo-  
 sum, bonæ famæ, disciplinæ, laudis diuinæ, pietatis & reli-  
 gionis est, ad nihilum redigitur, probro datur, abomina-  
 bile redditur, cōtemnitur, destruitur, velut noxium quid  
 abijcitur, auditores difficiles ad bona opera redduntur,  
 ad mala verò propensissimi, quasi equi euntes in prælium,  
 sicut ex Luderanorum molitione factum dolemus & vi-  
 demus: eiusmodi prædicatio, non est verbum Dei, etiam si  
 ad sua instituta, decem milia testimonia ex scripturis ad-  
 ferret, sed diabolicum commentū est, serpentina seductio,  
 fasciatio nugacitatis, Satanæ illusio, calix aureus fornicati-  
 onis meretricis magnæ, hæretica doctrina ante omnia  
 vitanda.

**B** Non est gladius spiritus sancti verbū Dei, sed gladi⁹ ma-  
 lignus, de quo eripi se petiuit vir secūdū cor Dei. Iste gla-  
 di⁹ est in labijs Luderanorū, & vt acu rē tagā, Lingua eorū  
 est gladius acutus. Sic acūit vt gladium linguas suas, quia  
 vene-

venenum aspidum insanabile, sub labijs eorum, & acunt  
linguas suas sicut serpentes, vt trucident rectos corde.

Nec solummodo acunt vt gladiū linguas suas, sed & ar- C  
cum suū intendunt. Gladius propè, arcus longè existentē  
vulnerat & occidit. Quid ergo gladius est malign⁹ nostro  
rū Sadducæorū, nisi prædicatio? Et quid arcus à longè fe-  
riens & enecans, nisi scripta & libri eorum pleni veneno  
mortifero? Arcū ergo suū, rem certè amarissimam vt ab- Prou. 5.  
synthium, in nouissimo, quando nos manifestari oportet  
ante tribunal Christi, tunc mordebit vt colūber, & sicut Prou. 23.  
regulus venena sua diffundet. Nec hoc tunc solummodo  
facit, nam & modò, cum libri eorū leguntur, mel & lac est  
sub lingua eorū, vt flauescens vinū in vitro & splendens,  
blādè ingreditur, super mel & fauū dulcior est lectio talis: Prou. 5.  
sic discipulos & lectores suos irretiūt, multis sermonibus 7.  
& libris, & blandicijs labiorū protrahūt in p̄dicationibus  
in rete suum. Statim verò, proh dolor, eos sequuntur, pla- Prou. 7.  
cet enim carnalis doctrina, & libertas damnabilis: & quasi  
bōues qui ducuntur ad victimam, duces cæcos cæci & ipsi  
sequuntur, & quasi agni lasciuientes, ignorantes, imò in-  
telligere nolentes q̄ ad vincula stulti trahuntur, donec  
trāsfigat sagitta mortiferæ doctrinæ iecur eorum, & tunc  
plagæ eorū non est sanitas: quia hæc est infirmitas ad mor-  
tem, cui solus Deus mederi potest.

Intendunt ergo arcum suum, rem amaram, infinitos li- Psal. 63.  
bros scribendo, vt sagittent in occultis scripturæ locis,  
quas deprauāt, & fermento suæ falsitatis & doctrinæ dia-  
bolice corrumpunt, & tunc per dulces sermones & bene- Rom. 16.  
dictiones sagittant, & seducunt immaculatos & innocen- Pro. 14.  
tes, sagittant eos, dum leues sunt & credunt omni verbo, Ecc. 19.  
& non timent Deum, sed & firmant multis allegatis suum Psal. 63.  
sermonem nequam. Narrant in dolis sibi complacendo, vt Apoc. 22.  
nocentes plus noceant, sese adhortādo, vt abscondant la-

queos interitus. Dixerunt enim, quis videbit eos? q. d. nullus: Sic scrutatur diligentissime iniquitates & technas. At  
 1. Thef. 5. defecit & mortuus est in peccatis suis Lutherus: quando  
 Luc. 16. dixit, pax & securitas, scrutans scrutinia, & sepultus in profundissimo inferno.

*Lutheri doctrina, qualis sit, ex parte perstringitur.*

Caput XXXIII.

**A** Ex ijs & alijs infinitis, palam est, Lutheri doctrinam, hæreticam, falsam, impiamq; esse. Ergo qui institutum eius, verbum Dei dicunt, aut euangeliū Christi, peccant in spiritum sanctum, blasphemant viam Dei, agnitam impugnant veritatem. Quia (quod horret calamus) dicunt malum suum institutum, esse bonum, tenebras suas palpabiles, esse lucem, amarum & mortiferum suum dogma, esse dulce verbum Dei. Et ex quo nolunt intelligere vt bene agant, quia hanc malitiam magis diligūt quàm bonitatem, & mendacia ista magis, quàm scire & loqui & facere veritatem: & dicunt, videmus, cum sint per malitiam excæcati, ideo peccatum eorum manet. Non est respectus morti eorum, nec firmamentum in plago eorum. Dolor eorum factus est perpetuus, & plaga eorum desperabilis, rennuens curari. Et Deo dicunt: Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Et iterum: Desperauimus. Post cogitationes nostras pessimas ibimus: & vnusquisque prauitatem cordis sui mali faciemus. Sic venerunt in altissimum profundum malorum. Ideo omne salutis consilium, documentum, remedium & adiutorium, contemnant, abhorrent, execrantur. Intelligite hæc insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. Fugite à facie gladij istius maligni, & arcu amaro Lutheri, quoniam vltor iniquitatum est gladius biceps ille, qui ex ore Christi procedit: Et scitote esse iudiciū, vbi zelus & furor eius nemi  
 ni

ni parceret, nec ad quiesceret cuiusquā precibus, ianua clausa.

*Que sit Lutheri doctrina, quam ipse docet, & nullus  
catholicus.* Cap. XXXIII.

**D**ico autem Lutheri doctrinam, non sacram scriptu-  
turam, quæ nunquam condignis laudibus afferri  
potest, sed quicquid Lutherus scribit, docet & prædicat,  
quod doctores sancti non dixerūt, sed damnat & proijcit  
ecclesia Dei. Nā quicquid boni, veri, recti, iusti, ædificatio-  
nis, sancti, & utilitatis est in libris Lutheri & suorum assen-  
tatorum, hoc totum sanctis doctoribus & ecclesiæ Dei ac-  
ceptum referimus, nō istis sycophantis: à doctoribus no-  
stris & ecclesiæ cōcilijs cœcomenicis hoc mutuarunt (ne di-  
cā furati sunt) & suis libris inseruerūt: sicut Aesopica cor-  
nicula, alienis ornata pennis: Quòd si doctores & concilia  
ecclesiæ, quæ sua sunt, ex Lutheranorū libris auferrent, nu-  
di omni veritate vt cornicula Aesopica remaneret, & tur-  
pitudine nuditatis eorum omnibus appareret. Igitur doctri-  
nam, propriam lutheranorū voco hic nō immeritò sycophan-  
tias, technas, sutelas, dolos, fermentū corrumpens, depra-  
uationes, adulterationes, versiones, inuersiones scriptura-  
rum & verbi Dei, nec non additamenta Leuiathan, quibus  
hoc hominū genus ad nothum sensum renitentes scriptu-  
ras trahit, & falsificat, vel quosdam sacros libros de canone  
sacro eximit. Eadem quoq; censura habenda sunt omnia  
scommata, conuitia, diffamationes, detractiones, & id ge-  
nus maledictionum omnium, quibus scripta eorum exu-  
berant, scetent, & confarcinata sunt, & vt Hesiodi pandora  
repleta. Et reuera, qualis est participatio iusticiæ cum  
iniquitate, qualis societas lucis ad tenebras, & qualis con-  
uentio Christi ad Belial, qualis pars est fidei cum infide-  
li, aut qualis consensus templo Dei cum idolis, talis est  
conuentio lutheranorum cum Christo & ecclesia sancto-  
rum, & doctrinæ eorum cum Euangelio & verbo Dei.

Non.

2. Cor. 6.



Zach. 9.

Psal. 103.

Iob 13.

1. Tim. 4.

Galat. 3.

Apoc. 2.

Non illustrant scripturam suis libris, sed obfuscant, & ut harpyiæ fœdissima proluvie sua contamiuant, & fermento suo corrumpunt, & dum panem vitæ, & vinum verbi Dei (quod germinat virgines, confortat corda, & homines lætificat, purè sumptum) doctrinæ suæ veneno insanabili permiscet, fit, ut oēs de eo gustantes, conuertantur in furiam, insaniant in superbia sua. Et dum lætantur insanientes, commiscet omnia sacra videlicet profanis.

**B** Has, inquam, eorum insanias falsas, mendacia quæ fabricant, peruersa dogmata quæ colunt, doctrinas dæmoniorum quibus attendunt, fabulationes quas narrant, nihil sacri aut frugis habentes, sed veneni multum, fascino-nes pessimas, quibus etiam bene currentibus viam mandatorum Dei, imponunt & illudunt: doctrinam Balaam quam tenent, docendo edere & fornicari & scandala mittere: hæc inquam dixerim doctrinam Lutheri. At hanc, euangelium Christi dicere, & sincerum verbum Dei, impudentissimum est mendacium diabolicum, & blasphemia execrabilis in spiritum sanctum.

**C** Nec minoris impudentiæ est, quæ viæ sectatores illius viri & mulieres se falsissimè & mendacissimè euangelicos vocat, quod ex calice bibunt. Idem fecit & Iudas proditor. Idem fecerunt scismatici Corinthij multi, de quibus infirmi multi erant, horrendis infirmitatibus puniti. Alij imbecilles ex longa valetudine aduersa. Multi verò dormierunt, morte corporali subitanea à deo interfecti. Potatio ergo ex calice, non facit eos magis euangelicos quàm Iudam & Corinthios. Vnde ergo dicuntur euangelici? Quia seruant euangelium? At hoc falsum est: cum ipsi in omni suo opere bono peccent peccatum mortale: & ut in vltimo versu decem præceptorum canunt: Actum est cum operibus nostris, perdita sunt opera nostra, nihil enim nisi iram Dei per bona opera meremur. Si semper in omnibus operibus suis

bona

bonis peccant, & iram dei merentur: quid restat nisi quod charitatis (quæ est plenitudo legis) sunt expertes, quæ non agit perperam, sed ab omni via mala prohibet pedes suos. Imò, charitas dei nihil aliud est quàm observatio mandatorum dei: Illi verò deblaterant, madata dei impossibilia esse observatu. Ioannes verò dicit, quod grauiora non sunt. Breuiter: Si semper peccant, & quidem in omni opere bono: multo magis peccant in operibus malis. Qui autem peccat, ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. Filius autem dei apparuit, ut dissolueret opera diaboli. Et omnis qui ex deo natus est, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex deo natus est. In hoc ergo manifesti sunt filij diaboli, qui cum Luderanis semper peccant: & filij dei, qui faciunt iusticiam & bonitatem, & ambulant in dilectione.

Galat. 5.

1. Ioan. 5.

Ioan. 15.

1. Ioan. 5.

Quicquid adduxeris, falsò sibi inuenis eos titulum tam sanctum arrogare, sicut & ille de quo scriptum est: Nomen habes quod viuas, & mortuus es. Similes pròinde vel peiores sunt Sadducæis, qui cum omnium Iudæorū essent perditissimi, rudissimi & pessimi, optimū nihilominus sibi nomen vendicauerunt, vocando semetipsos Sadduceos, hoc est, iustos: cum essent iniustissimi: Et iustificatores, cum suorum complicum essent seductores. Eadem certè nostros euangelicos lance appendo. Vocant se euangelicos, & euangelij doctrinas digito suo ne minimo quidē non tangūt, neque operē & veritate adimplentes. Dicūt Christo: Domine, domine, & non faciunt quæ dicit, præcipit & consulit. Labijs suis eum honorant, cor autem eorum longè est ab eo. In euangelio gloriantur, sed per euangelij transgressionē, & Christum eius inhonorant. Confitentur se nosse deum, factis autem negant, cum sint abominabiles, sicut & ipsa quæ faciunt, dum semper peccant: & increduli, & ad omne opus bonum reprobī. O eygenuuillici, & nõ euangelici,

Psal. 36.

Ephē. 5.

Apoc. 3.

Matt. 23.

Matt. 7.

Esaia 29.

Matt. 15.

Rom. 2.

Tit. 1.

I gelici,

**Psal. 4.** gelici: vsq; quo eritis graui corde: aut diligetis vanitates,  
& quæretis mendacium, spreta omnia vincente veritate?  
Hæc de falso eorum nomine & titulo dicta sufficiant in  
præsentiarum.

*Vinum optimum doctrine sanæ Luderani miscent aqua er-  
rorum, & confundunt turbantq; fecibus hæresum  
suarum. Cap. XXXV.*

**Hest. 1.** **Esai. 1.** **Psal. 74.** **Hiere. 25.** **Matt. 25.** **Ioan. 19.** **Deut. 32.**  
**A** **V** Ae vobis viris impijs: qui vinum optimū verbi dei,  
quod abundās, vt magnificentia regia dignum est,  
in mensa sacræ scripturę electis proponitur, aqua misce-  
tis falsitatis, & errorum fecibus, de quibus bibunt, omnes  
peccatores terræ. Sic vinum purum, optimum & precio-  
sum, felle & aceto miscetis vestræ hæreticæ expositionis,  
& bibendum illud porrigitis Christi membris, vt turben-  
tur & insaniant: sicut habes in Hieremia. Verum, Iesus  
cum gustasset noluit illud bibere: erudiens nos, vt si quã-  
do de vinea Sodomorum aut de suburbanis Gomorræ  
calix nobis porrigitur, felle draconum & veneno aspi-  
dum insanabili hæreticę doctrinæ mixtus, ne mortiferum  
illud bibamus, si illud audimus vel legimus (quod nihilo-  
minus periculi plenissimum est) nec illud intra viscera  
cordis nostri glutiamus per consensum.

*Panem uerbi Dei, Luderani corrumpunt fermento suo  
& per additionem ueneni suorum erro-  
rum. Cap. XXXVI.*

**1. Cor. 5.** **Matt. 16.** **Roma. 8.** **Luc. 12.**  
**A** **V** Ae qui panem vitæ & intellectus, quo Deus fide-  
um suorum animas in hoc mundo pascit, corrup-  
punt fermento prauæ expositionis. De quo scriptum est:  
Cauete à fermento pharisæorum, Sadducæorum & Hero-  
dis: Quia modicum fermentum tale, totam massam, hoc  
est,

est, magnam scripturarum syluam, corrumpit. Modicum *I. Cor. 7.*  
 dicit: Nam vt de multis paucos locos delibem ac summis *Galat. 5.*  
 (vt aiunt) labijs tangam: Fides iustificat: Christus pro no-  
 bis apud patrem interpellat: Christus est mediator: Chri-  
 stus est imitandus, audiendusq; &c. His dum Luderani  
 hanc exclusinam, sola, vel solus: addunt (quod prauum  
 Sadducaeorum istorum fermentum est & additamentum  
 Leuiathan) totam scripturarum massam corrumpunt, &  
 multos de ijs falsos libros conscribunt, garriendo: sola fi-  
 des iustificat: Solus Christus in caelis pro nobis, interpel-  
 lat: Solus Christus est vita, dulcedo, spes, fiducia, saluator,  
 lux, & imitandus.

*Fermentum Luderanum quomodo est expurgan-  
 dum. Cap. XXXVII.*

**V**erum quia continuum phase siue pascha in hac vi **A**  
 ta agimus, qua ad terram promissam aeternae vitae  
 pergimus, quae lacte & melle exuberat, ergo fermentatum  
 panem sub mortis interminatione, de domibus cordium no-  
 strorum expellere, & istud fermentum vetus expurgare  
 tenemur. Hoc autem de libris Luderanorum intelligi volo:  
 Alioqui si apud aliquem fuerit inueterum, morte plecti de- *Exod. 12.*  
 bet, & reus est mortis. Imo, nec in cunctis finibus & locis *Ex. 13.*  
 filiorum Israel, sustineri potuit. Hoc signante spiritu san-  
 cto, quod haereticam doctrinam, non solum ex domo ani-  
 mae nostrae interiori, sed & ex finibus sensuum exteriorum,  
 prorsus excludere debemus, & procul eliminare. Sic legi-  
 mus in actis apostolorum, multos qui curiosa fuerant secta-  
 ti, antequam audierunt verba vitae, & Christo fuerunt initia-  
 ti per apostolos, postquam conuersi sunt ad Deum, mox *Act. 19.*  
 confitebatur peccata & actus suos. Multi item qui curiosa  
 fuerunt sectati, contulerunt & combusserunt libros suos  
 coram omnibus. Hoc modo, fermentum luderanorum

scriptorū est expurgandum: vt pascha nostrū, quod Christus est, non in fermento veteri, neq; in fermento maliciæ & nequitia, sed in azymis sinceritatis & veritatis comedere possimus. Sic nosmetipfos etiam ab omni inquinamento carnis & spiritus, per sacramentalem confessionem, antequam ad mensam domini accedimus, mūdare debemus, & peccatorum fermentum omne excludere, arma tenebrarum abijcere, veterem exuere cum actibus suis, & nouum induere qui secundum deum creatur in iusticia & sanctitate veritatis, & azymi esse, cū sanctis apostolis vndecim, cum ad mensam domini accedimus, ne indignè manducando panem vitæ peccatis onerati, cum Iuda proditore, iudicium manducemus & bibamus. Hæc parabola est temporis instantis.

*Quomodo azymi & in azymis sinceritatis & veritatis, agnum nostrum Paschalem epulari debemus. Cap. XXXVIII.*

**A** Hunc modum dignè participandi panem et calicem domini, sancti doctores, vno ore omnes docent. Quos qui piè legūt, expurgant se à fermento maliciæ, hoc est, à peccatis quæ sunt commissa contra Deum. Et nequitia, hoc est, à peccatis quæ commiserunt contra semetipfos et proximos: Et in azymis sinceritatis, quo ad affectus puritatem, et veritatis, quo ad intellectus illuminationem, agnum dei manducant: prius lauantes corda sua ab omni malicia, et intellectum suum emundantes ab omni doctrina falsa, erronea et illuminantes se omni veritate catholica. Et sic nullum crimen in voluntate, et nullum errorem de ijs quæ fidei sunt et maximè huius sacramenti habentes, inflāmati et ardentés in amore Dei in voluntate, et illuminati lumine veritatis catholicæ intellectu, accedamus.

Sed

Sed Lutherus, cum colluue sua, cum peccatis docent **B**  
 accedere, & mentiuntur in colla sua: potationi calicis, re-  
 missionem peccatorum promissam esse. Et isto maximo suo  
 & patris eorum diaboli mendacio, seduxerunt multos, im-  
 posuerunt omnibus suis cæcis, qui mendacijs eorum cre-  
 dunt, at hæc alio loco sunt tractanda, nos ad institutum re-  
 uertamur. Hoc iugibus lachrymis descendit censeo quod **Eph. 6.**  
 gladio spiritus sancti, quod est verbum Dei, qui datus est  
 ad salutem & lucrum animarum, nec non ad ecclesiæ ædi-  
 ficationem ac propugnationem, ecclesiam expugnat, & in-  
 star Herodis, cum eo paruulos in ea occidunt: dum sic ab-  
 utuntur clauis regni cælorum, scientia & intellectu: quod **Matt. 2.**  
 ipsi regnum cælorum, seruando mandata Dei, non intrant **Matt. 22.**  
 & eos qui illud intrare cupiunt (abnegando impietatem **Luc. 11.**  
 & omnia secularia desideria, & sobriè piè & iustè viuendo **Tit. 2.**  
 in hoc seculo) intrare non permittunt, sed operibus malis  
 suis & scandalis horrendis, nec non falsis doctrinis eos pro-  
 hibent & retrahunt ab eius ingressu.

*Stella quæ de celo cecidit, per tropologiam, Luthe-  
 rus est. Caput XXXIX.*

**I**ustè & verissimè Lutherus stella illa dicitur, quæ de cælo **A**  
 in terram cecidit, cui ab angelo tenebrarum Lucifero, **Apoc. 9.**  
 ipso rege super omnes filios superbiæ & inobedienciæ,  
 data est clavis putei abyssi. Et quid obsecro est clavis ista  
 aliud nisi falsa, erronea & hæretica doctrina, per quã itur  
 ad inferos? & aperuit puteum abyssi Lutherus, hæreses dis-  
 seminando in instabile vulgus, & fumus abyssi (oculos mē-  
 tis offendens, aerem obtenebrans, hæretica eius doctrina:  
 per quam excæcati sunt multi, & clara ecclesiæ facies & sta-  
 tus obfuscatus) ascendit sicut fumus fornacis magnæ fomē-  
 tæ iræ, vindictæ, tumultuum, bellorum affatim suppedi-  
 tans ciuitatibus, terris, & regnis. Et sol obscuratus est &

I 3 aër,

- aër, de fumo putei: Nam spirituales, qui per solem, & seculares, qui per aerem accipiuntur, sua fumosa & noxia doctrina sunt excæcitati & tenebris inuoluti, imò tenebræ facti, qui lux in domino prius erant. Et de isto fumo abyssi, doctrina diabolica Lutheri, exierunt & natæ sunt locustæ apostatæ, magistri mendaces, duces cæci, fascinatores populi, suæ fumosæ & tartareæ doctrinæ disseminatores, reprobis circa fidem & mente corrupti, qui vniuersas domus subuertunt. Et illis data est (à diabolo & malis rectoribus potestate præditis) potestas nocendi, seducendi & imponendi hominibus leuibus & instabilibus in fide, sicut habent scorpiones, qui facie blandiuntur, & cauda vulnerant, & venena infundunt, quod nullo potest malagmate curari. Molliunt enim sermones suos super oleum, sed ipsi sunt iacula, fauus distillans labia eorum, sed per dulces sermones & benedictiones innocentium corda seducunt, & animas quæ non moriuntur occidunt. Osculo, vt Iudas, proditionem perpetrant. Salue mi frater dicunt, interim gladium suum malignum damnatæ doctrinæ in cor audientis imprimunt, & incautum occidunt. Sic increduli & subuersores nobiscum sunt & cum scorpionibus habitamus. Sic clauis sciētiae quem tulit Lutherus, non cælum sed infernum aperuit, & cum suis in infernum cadit, & in foueam incidit quam fecit.
- B** Nihil tamen damnationis ab ijs, ouibus Christi est, quæ sunt in Christo Iesu, attendunt enim sibi à lupis istis rapacibus, non audiunt nec sequuntur eos. Sed & crucis Christi characterem siue stigma, gerunt in fronte per confessionem Christi, quod est signum Dei viui. In vita quidem per conformationem & baiulationem, in corde verò per amorem & deuotionem: ideo eis nocere non possunt. Crucis verò Christi inimicis nocent, super eos potestatem habentes. Vnde dictum est scorpionibus istis, qui super se habent
- Eph. 5.**
- 2. Tim. 3.**
- Psal. 54.**
- Prou. 5.**
- 7. 9.**
- Ezech. 13.**
- Matt. 26.**
- 2. Reg. 3.**
- 10.**
- Ezech. 3.**
- Ioan. 10.**
- Matt. 7.**
- Apoc. 7.**

habent regem abyssi, cui nomen exterminator est ne læderent scenum terræ: hoc est, humiles corde. Neque omne scenum viride, hoc est, eos qui crescunt in gratia, & fructum adferunt in patientia, salutemq; suam cum metu & tremore operantur.

*Iugum Ecclesiæ quomodo est aggrauatum, uel potius alleuiatum. Caput XL.*

**Q**VI iugum ecclesiæ aggrauatum causantur per prelatos siue pastores, nihil eis suffragatur. Nam hanc ipsa virtus & sapientia patris quæstionem vel cauillationem diluit, dicens: Quæcunq; dixerint vobis, facite, secundum opera verò eorum, nolite facere. Nam dicunt & docent utilia & bona multa, ordinant & decernunt multa, quæ pacis, salutis, pietatis, honestatis, & iusticiæ sunt, quæ ipsi digito suo minimo tangere nolunt. Vos autem facite illa: Iubet facere quæ præcipiuntur salutifera: quæ si talia nõ fuerint sed cū Deo vel sanctis maiorū decretis pugnãtia, tūc Deo potius quam hominibus est obediendū. Vult namq; Deus, vt omnia honestè & secundum ordinem fiant in nobis: eò quòd ea à q̄ Deo sunt, ordinata sunt. Vnde videmus duce spiritu sancto, p pastores & doctores oĩa decetissimè, pulcherrimè & sanctissimè ad exēplar Hierusalē cælestis esse ordinata. Quæ dum seruãtur obediēter à subditis, ecclesia malignis spiritib⁹ terribilis est, vt castrorū acies ordinata. Sic stellæ (hoc est, fideles lucētes in firmamētō ecclesię) p oĩa bona, ad gloriã patris q̄ in cælis est) in ordine suo manētes & cursu, cōtra diabolū & p̄cipēs tenebrarū pugnāt, & triūphū referūt de hostib⁹ gloriosum. de quo ordine q̄ re cedunt, retro post Satanã abeunt, ad vomitum reuertūtur & seculum, corruunt in mortem, traduntur in manus inimicorum & gladij, partes vulpium fiunt, capiuntur in iniquitatibus suis, funibus peccatorum suorum con-

strin-

A.

Matt. 23.

Act. 5.

et 4.

1. Cor. 14.

Rom. 13.

Cant. 5.

Judith. 5.

1. Tim. 5.



Iob. 10.

stringuntur, & captiui ab hostibus tenentur ad eorum uoluntatem: Adducuntur in regnum diaboli, ubi nullus ordo, sed umbra mortis & sempiternus horror inhabitat.

*Vniuersales sacrae scripturae resolutiones illustrationesque, factae sunt per patres & concilia. caput XLI.*

**A** **Q** Vis obsecro, omnes leges, sententias & conclusiones enumerare potest, aut scribendo in ordinem redigere, quae pullulant fluunt & resolui possunt ex illo dicto Christi: Quaecumque uultis ut faciant uobis homines, & vos facite illis. Item, facite dignos fructus poenitentiae. Et ex illa, Luceat lux uestra coram hominibus, &c. Item: Contendite intrare per angustam portam. Item: imitatores Dei estote, sunt filij Charissimi, & ambulate in dilectione. Item: Quaecumque sunt uera, quaecumque pudica, quaecumque iusta, quaecumque sancta, quaecumque amabilia, quaecumque bonae famae, si qua uirtus, si qua laus disciplinae, haec cogitate, quae & didicistis, & accepistis, & audistis, & uidistis in me. Et reuera imitatores Apostoli esse debemus: quia semetipsum formam nobis dedit, ad se imitandum. Item, Nemini date ullam offensionem. Et ab omni specie mala, abstinete uos. Placeat omnibus in bono ad aedificationem. Quae pacis sunt sententiae: Et id genus sententias multas nimis in sacris literis legimus, quas dum legum conditores, & sacrae scripturae expositores in casibus particularibus qui quotidie occurrunt, resoluunt & illustrant certe totus mundus non posset capere libros complectentes leges, sanctiones, ordinationes, statuta & regulas quae scribendi forent. Impie, falso, mendaciter, & diabolico modo & malicia, arguunt, danant, fugillant patrum regulas, statuta ecclesiae decreta, & id genus alia, cum nihil aliud sint, quam nucleus scripturae, uia regia & arcta quae ducit ad uitam. Sed cum ipsi mali sint, desperati, in reprobum sensum

Matt. 7.

Luc. 6.

Matt. 3.

Matt. 5.

Matt. 7.

Eph. 5.

Phil. 4.

2. Thes. 3.

2. Cor. 6.

1. Thes. 5.

1. Cor. 10.

Rom. 14.

Ioan. 21.

Mat. 7.

fenfum dati, & opera eorum mala, ideo lucem odiunt, diligunt malū, & odio habēt bonū, vt dicit propheta. Ex abundantia cordis sui mali, mala ista verba eructant: Quid autē ad nos istius spurij Goliad exprobrationes, vel istius Rapaces blasphemix? Simus cordati fient qui non audiunt, & nō habēt in ore suo redargutiones: Laus Deo, qui exprobratorem illum & blasphemum prostrauit, spiritu oris sui occidit, caput eius amputauit, os eius iniqua loquentis obstruxit. Sic omnis iniquitas opilet os suū. Sic laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Sed & mater ecclesia, per sponsum suū Christum, de manibus inimicorum suorum est vindicata.

*Ecclesia Dei nonnunquam aliqua externa variat.*

Caput XLII.

**E**T si ecclesia Dei nonnunquam variat vel immutat ritus, quosdā & ordinationes, non hoc auctoritatem eius labefactat, nec probro ei dari debet, aut vitio. Nam in hoc Deū imitatur: qui omnia veteris testamenti sacramēta, oēs item cæremonias, quando venit tēporis plenitudo, in quo deus filiū suū misit in terris, qui legē, impleuit, abrogauit & meliora, perfectiora, ac viciniora saluti instituit, vt Apostolus in fide & veritate erudiens nos, irrefragabiliter probat ad Gal. Philip. Collos. & Hebreos. Sic spiritus sanctus qui manet in ecclesia in æternū, & omnē in ea veritatē docet, eamq; regit, multa pro vtilitate, necessitate & exigentia temporis, locorum, caularum, personarumq; alterat, mutat, ordinat præcipit & prohibet.

Sic apud patres in priori testamento, in quadraginta annis nullus circūcisionem accepit in deserto, quā sub æternæ damnationis tamen & vitæ interminatione, Deus accipiendam præceperat infantis die octauo. Nemini offerre licuit, nisi in loco isto vbi erat arca Dei. Alibi nihilominus

K Samuel

Samuel obtulit 1. Reg. 7. Et æmulator legis perfectissimus Helias. 3. Regum. 18. Nihil operis seruilis fieri licuit in sabbato. Exodi vigesimo, Deuteron. quinto, Matthæi duodecimo, Rom. 2. Luc. 6. & 13. Ioan. 5. 7. 9. At hic facta est declaratio, & moderatio & variatio quædam, *Gene. 12.* 1. Mach. 2. Ab initio Deus, vni viro vnam vxorem dedit, *Gene. 2.* Iudæi & sanctissimi quoque patres, plures habuerunt, vt verus testamentum affatim testatur. Euan- *Matt. 19.* gelium ad institutionem Dei primam reuertitur. Lex li- *Deut. 24.* bellum repudij permittit & aliam accipere vxorem, Euan- gelium non permittit vxorem à viro discedere, nisi pro- pter fornicationem. Sic nihilominus, quòd vterque ma- neat innuptus, & sine compare, nisi vnus eorum mortuus fuerit, & nisi reconcilientur. *Matth. decimonono,* Rom. *10.* Luc. 16. Roman. 7. 1. Corinth. 7. Nemo debuit al- terius tribus vxorem ducere: huius alteratio fit in tribu *Iud. 21* Benjamin, vt videre est in iudicij libro. Eius agni pascha- *Exod. 12.* lis omnibus præcipitur, quartadecima die primi mensis *Leuit. 23.* ad vesperam. Et hic alteratio facta est, vt in numeris cer- *Num. 28.* nere est. Numer. 9. Mundi solummodo agnum pascha- *Exod. 12.* lem comedere poterant, dispensabatur in hoc, per Eze- *Num. 9.* chiam regem Iudæorum. Deus in paradiso, solummo- *2. Par. 30.* do fructus homini dedit in cibum. Post diluuium, vsus *Gene. 1.* piscium & animalium omnium (excepto quod sangui- nem non commederent) est hominibus concessus. Ve- *Gene. 8.* rum in leuitico multorum animalium & piscium vsus pro- *Leuit. 12.* hibetur. Postea cum à maledicto legis per Christum ef- *Ast. 10.* femus liberati, dictum est Petro, quòd nullus cibus est *2. Tim. 4.* communis & immundus, sed omnia esse munda mundis. *Tit. 1.* Non multo post tamen visum fuit spiritui sancto & apo- *Acto. 15.* stolis vtile & necessarium, vt gentiles à suffocato abstine- *Deut. 23.* rent & sanguine. At hæc quoq; spiritus sancti & apostolo- rum ordinatio & sanctio, nunc prorsus est abrogata in ecclesia catho-

catholica-Moabitis, ecclesie ingressus prohibetur in æternum: sed Ruth Moabitis templum Dei ingressa est, & omnis generatio eius post eam.

In Euangelio uariationes sunt factæ. Cap. XLIII.

**I**n lege fidei, regali, & perfecte libertatis euangelice non pauca legimus factas mutationes. Christus vno tempore remandauit apostolis, ne gentibus euangelizarent regnum Dei ut saluæ fierent, cum dat<sup>o</sup> esset in lucē & reuelationē gentium ut esset in salutē vsq; ad extremū terræ. Verū cum cepisset facere & docere, in aprico tñ est, quod ipse gētes doceret, teste euāgelista Ioanne. Imò, ascēdens in cælū præcepit eis, ut in orbem vniuersum irēt, & omni creaturæ euāgelizaret, dicēs: qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: Psal. 18. Mat. 28. Ro. 16. Act. 1. 14. 15. Rom. 10. & 15. Gal. 1. 2. Eph. 1. 2. 3. Prohibuit apostolus, ne dicerent ipsum esse Iesum Christū: oppositum ipse fecit, affirmans quod esset filius Dei benedicti & viui. Sed & apostoli hoc longè lateq; prædicauerūt vsq; ad fines terræ. Christus iussit per expressa verba baptizare credētes, in noīe patris & filij & spiritus sancti. Apostoli accepto spiritu sancto, quod eos oēm veritatē docuit, hac verborū forma relicta, baptizabant aliquādiu in noīe Iesu Chri, Ac. 2. 8. 10. 19. Ecclesia verò post tēpora apostolorū, forma à Chro expressa vitur. An Hierusalē, credētes mēse Dñi participabāt post misionē spiritus sancti sub vna specie, iuxta illud in actis. Cōuersi in die pētecostes ad exhortationē apostoli Petri, erāt perseuerātes in doctrina apostolorū. Ecce obseruatio euāgelij. Deī depseuerauerūt in cōmunicatione fractiōis panis. Sed panis quē frāgim<sup>o</sup>, utiq; participatio corporis Chri est. Et nullāhic de calice Lucas facit mētionē, in minimo quē iota. Vnde constat ex hoc loco, quod apostoli accepto S. sancto sub vna specie sacramētū altaris populo distribuerunt. Vt oēs docto-

K 2 res

res catholicos taceam, qui hoc cum Erasmo concorditer attestantur. Et ad obstruendum ora loquentium iniqua, etiam Lutherum turbatoribus ecclesie adduco qui locum istum sic intelligit in libro de venerabili sacramento b. iij folio. Et in libro de abusu missae. I iij folio. Tertio loco Lucas dicit, quod baptisati in die pentecostes, accepto sacramento sub vna specie, perseverauerunt in oratione. In Corintho tamen (Nam Graeci semper seipsum doctiores & singulares in multis erant) sub duplici specie illud acceperunt, nihilominus hoc fixum & firmum manet, quod omnes apostoli in die Pentecostes laicis hoc sacramentum sub vna specie dederunt. Ergo haec communio antiquissima est, quam spiritus sanctus apostolos docuit, quando omnem veritatem eos docuit, etiam iuxta fascinatore[m] populi ne veritati obediant, ipsum Lutherum. Qui id ipsum nempe, quod non est necessaria utraque species ad salutem nec praecipua Christo, plus quam in viginti alijs locis scribit, ut libri eius attestatur, quos hic sub ticeo causa breuitatis. Ecclesia autem catholica, modum Apostolicum approbavit, & ab omnibus concorditer seruandum praecipit in concilio Constantiensi, & filij obedientiae ei in hoc obediunt vniuersi. Hic transeo multa, gratia vitandae prolixitatis.

*Deus immutabilis est, sed propter nos multa mutat. Caput XLIII.*

**A** Vid ergo? Num Deus ut homo mutatur? Nunquid Num. 23. apud Christum est: est & non? Absit à Deo haec im-  
Mal. 3. pietas. Sed Deus apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obubratio, qui semper idem ipse manet, eatenus contraria praecipit & ordinat, quatenus necessarium est, & expedit humanae salutis: cum omnia faciat propter electos, ut salutem consequantur, ex quo omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem sui nominis peruenire, medicos exper-

expertos in hoc imitando (cum Christus verus sit Sama- *Luc. 10.*  
 ritanus noster, apposita medicamina tribuens vulneribus  
 nostris, quibus sanat omnes omnium infirmitates, & alli- *Psal. 102.*  
 gat omnes contritiones eorū) qui nunc dulcia, nunc ama-  
 ra, malè habentibus pharmaca tribuunt: Et quod vno tem-  
 pore præcipiunt vel concedunt, hoc alio tempore prohi-  
 bent eidem ægroto: Modò secant, modò vrunt, modò le-  
 niunt dolores & fomenta apponūt. Modò hoc, modò ali-  
 ud malagma adhibèt: Qui sciunt quod vno tempore pro-  
 dest, alio nocet: Quod proficit vni officit alteri. Et in his  
 omnibus, nec medicus mutatur, nec ars eius, dum diuersa  
 & contraria parat & dat medicamina, sed ægrotantium va-  
 rius status & mutatio, hanc alterationem requirit. Quod  
 si medicus non faceret, aut discernere non posset vel nes-  
 ciret plures occideret quàm sanaret: Imò, centum aut mil-  
 le occideret prius quàm vnum redderet sanitati. Sic, neq;  
 Deus, neq; ecclesia sponsa agni, leuitatis aut inconstantia  
 insimulari aut culpari potest in veritate, aut debet, si di-  
 uersa ordinat, statuit & præcipit, quando hoc temporum,  
 locorum, morum, personarum & euentuum vtilitas requi-  
 rit aut necessitas. Nescio certè an vllum rationis vestigium  
 in ijs reliquum sit, qui in his fidem dicūt mutari aut sacra-  
 menta. Non mutatur fides in his, sed externus modus quo  
 gratia dei participes efficimur, & sacramenta vel ministra-  
 mus vel accipimus. Absurdissima etià est cauillatio, & cer-  
 tè indigna quæ refellatur, qua sycophantæ stulticiam suam  
 manifestant, dicentes: Si vlla in sacramento altaris muta-  
 tio fieri debuisset, hoc vtique Christus ipse discipulis suis  
 (dubio procul) prædixisset. Quibus breuiter responde- *Act. 2.*  
 mus: Ergo apostoli baptismi formam mutando, peccaue- *Ioan. 19.*  
 runt, & sapientiores Christo fuerunt: nec remissionē pec- *Ioan. 3.*  
 catorum consecuti sunt, qui in nomine Iesu, vel in nomi-  
 ne Iesu Christi sunt baptizati. Quod si nō sunt renati hoc

Ezech. 3.  
Ioan. 16.

Act. 2.

modo ex aqua & spiritu sancto, non intraverunt in regnū  
cælorum. Ergo apostoli eos deceperunt, & Deus sanguinē  
sic deceptorū, de manibus apostolorū requiret: Sic & apo-  
stoli, fideles deceperunt, & spiritus sanctus nō docuit eos  
oēm veritatem: quia eadem die qua eū receperunt & eo re-  
pleti sunt, vel altera, etiam secundū Lutherū, sacramentū  
credentibus sub vna specie dederūt. Apage sis ista. Tædet  
me infanias illas commemorare, quas illi vt oracula véné-  
rantur, & quas non pudet eos mundo obtrudere. In hunc  
modum, quæ proximè ex veteri testamento & nouo ad-  
ducta sunt, contra lallatores istos omnia intorqueri pos-  
sunt, vt confundantur & resipiscant.

*Diuina opera actibus humanis, & rebus naturalibus  
crebro assimilantur. Cap. XLV.*

**A** Quid si comparationem nostram, qua Deū patrem,  
& spōsam eius ecclesiam matrem nostram, medico  
assimilauimus, suo pte more deridere, exhibilare & pro ni-  
hilo habere vellent, & solito suo mēdacio extenuare, quo  
dicere insanissimè solēt, absonū & indignū esse, vt diuina  
opera cum rebus humanis conferantur & eis cōparentur,  
Deum immortalē, quàm terribiliter excæcauit eos sua ma-  
licia, vt in apertissima luce veritatis non solūm excūctiant,  
sed prorsus nihil videāt. Certè, impingūt in meridie, quasi  
in tenebris, in caliginosis, quasi mortui: Aegyptiacas, den-  
sas, palpabiles & horribiles in tenebras inciderunt, atq; in  
eis captiui tenentur inclusi. Si diuina humanis conferre nō  
licet, aut nefas est, cur Christus sub parabolis tā multa est  
locutus: Tædet me referre, quod non pudet mendacissi-  
mè eos effutire.

Esaiæ 59.

*Alterationes in ecclesia fiunt, autoritate Dei, Christi commissionē  
& magisterio spiritus sancti. Cap. XLVI.*

*Nec*

**N**ec temerè (vt falsò calumniantur æmuli, & sine ve' A  
 bo Dei: pastores ecclesiæ, seu eius moderatores, fa  
 ciunt nonnunquã mutationes in externis signis, vt in mo  
 do baptizandi, in vsu ciborũ, & in id genus alijs rebus fa  
 ctũ est: Nec facit hoc sine Deo. Nam Christus cũ electis est *Matt. 28.*  
 vsq; ad seculi finem, & semper super se petram, sicut olim  
 per apostolos, sic & modo & semper ecclesiã suam ædifi- *Matt. 16.*  
 cat vsq; ad seculi cõsummationem. Sed & spiritus sanctus  
 itidem facit, apostolo teste, per pastores & doctores. Illos *Ephe. 4.*  
 em dedit ad consummationẽ sanctorũ, in opus ministerij,  
 & in ædificationẽ corporis Chri, quod est ecclesiã iustorũ.  
 Nihil his clarius, nihil deficiatius, nihil absolutius, dici pos  
 set. Muta ergo fiant labia dolosa, q̄ aduersus Deũ & spon- *Psal. 30.*  
 sam eius ecclesiã iniquitatẽ loquuntur, in tam detestabili  
 superbia & abusione. De hac potestate ait vas electionis:  
 Deus dedit nobis potestatẽ in ædificationẽ ecclesiæ, & nõ *2. Cor. 13.*  
 in eius destructionem. Hinc Marcus euangelista ait, quòd *et 13.*  
 Christus in sua ascensione, peregre profectus est in cælum:  
 & reliquit corporali præsentia & visibili, domum suam *Rom. 13.*  
 (quæ est ecclesiã) Et tunc dedit seruis suis, ecclesię mode- *1. Tim. 3.*  
 ratoribus potestatẽ cuiusq; operis. Hoc modo, promissio  
 Christi semper impletur, qua dixit: ædificabo ecclesiam *Matt. 16.*  
 meam, quoties aliquid declaratur, ordinatur, statuitur,  
 decernitur aut mandatur ad fidelium ædificationem &  
 salutem. Et spiritus sanctus, qui non loquitur à semetip- *Ioan. 16.*  
 so, sed de CHRISTO accipit, multa illa quæ discipu-  
 lis in cœna dicere habuit & tunc non dixit, eò quòd tunc  
 ea capere non poterant, & annunciat reuelatque no- *Ioan. 14.*  
 bis: Insuper, cum spiritus ille & doctor omnis veri-  
 tatis, apud ecclesiam & in ecclesia mansurus est in æ-  
 ternum, ergo semper dabit veritatem, maximè, quan-  
 do à magistris mendacibus quos apud nos futuros ver-  
 ites apostolorum prædixit, nouis mendacijs, erroribus *2. Pet. 2.*  
 & per-



- Iob 13.** & peruersis dogmatibus, molestat & turbatur, vt nunquam non suo fungatur officio, & om̄em doceat veritatē.
- B** Nec potuit Christus, ecclesiam suam consummatē adificare, priusquā esset de potestate tenebrarum redempta (quod fecit in sua morte turpissima, cum patri obediuit vsq; ad ignominiosæ crucis supplicium) & oues aliæ, quæ ex ouili Iudæorum non erant, per apostolorum missionē, vocatæ essent & adductæ, quod factum est in gentium conuersione ad Christum, verum & bonū pastorem & episcopum animarum nostrarum. Sic, licet Dauid, vir secundum cor dei, totis viribus impensas domus dei ante mortē suam præparauerit, descriptionem templi, vti eam à domino acceperat, Salomoni dederit, cum omnibus pertinentibus ad templi ædificationem: nihilominus Salomon cū templū ædificaret, addidit multa, ordinauit multa, fecit multa: similiter principes filiorū Israel, & populus vniuersus, obtulerunt multa, quæ ad decorem, magnificentiam & gloriam domus dei: ac diuini cultus augmentum vtilia videbātur. Sic & Christus dominus dominorum, & rex regum, filijs suis apostolis (qui super ipsum angularem lapidem, summum, probatum, electum & pretiosum, ecclesiam ædificare debuerunt) descriptionem ecclesiæ tradidit, dum om̄ia quæ audiuit à patre, eis nota fecit. Similiter dedit eis, quomodo templa dei viua (quæ nos sumus & membra nostra) super fundamentum apostolorū & prophetarū construere deberent, vt crescerent in templa sancta in domino, in habitacula dei, in spiritu sancto. Vnde ait vas electionis: Vos estis templum Dei viui: Ista templa, apostoli cum colloboratoribus suis, in euangelio, prædicando, plantando, rigando, exempla omnium bonorum operum seipso dando, oportunè importunè instando, opus euangelistarum faciendo, edificauerunt. Tum ordinationes bonas, iustas, sanctas, pias faciendo, vt apostoli in

suis epistolis, diuersa documenta singulis, unicuique secundum gradum suum, officium, ætatem & conditionem præscribunt: Aliam regulam episcopis & sacerdotibus, aliam virginibus, aliam viduis, aliam matrimonio iunctis, aliam pueris, aliam senibus, aliam seruis, aliam liberis, aliam iuuenibus, aliam mulieribus, aliam annis seu senio grauatæ, præscribendo viuendi formam.

1.Tim. 3.

Titi 1.

1.Cor. 7.

1.Tim. 4.

Eph. 6.

Col. 4.

1.Tim. 2.

Ad huius templi ædificationem Christus, qui crebro C  
 Dauid vocatur in prophetis, ante mortem suam, & prius quam omnibus consummatis in manus patris spiritum suum commendaret, omnes præparauit impensas: Nam mundum redemit: & nos in sanguine suo, principem mundi in seipso traduxit & triumphauit ac foras eiecit: arma illius abstulit, vasa eius diripuit, spolia eius distribuit, victos in mendicitate & ferro liberauit, & transtulit omnes præordinatos in vitam, in regnum suum: Gratiam nobis promeruit & offert, à peccatis nos lauit, sacramenta instituit, inuitat ad suas regales nuptias: In summa, omnia parauit. Vnum solummodo reliquum est, vt nos relicta licia veniamus ad nuptias.

Hier. 30.

Ezec. 34.

Luc. 23.

1.Cor. 1.

Col. 2.

Ioan. 12.

Matt. 12.

Luc. 11.

Esa. 106.

Col. 2.

Matt. 22.

Sap. 12.

Apostoli verò, cum accepto spiritu sancto ædificare ecclesiam cæperunt, multa & ipsi in opus Dei contulerunt, sed non de suo, sed de his quæ spiritus sanctus dabat eloqui illis vel docuit eos per vnctionem suam. Quid enim habuerunt, quod non acceperunt? Nihil. Hoc Dauid professus est dicens: Tua sunt omnia, orbis terrarum & plenitudo eius, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi in opus templi tui. Sic & apostoli, vt fidelissimi serui & dispensatores Christi, gratiam multiplicem quam gratis acceperant, gratis distribuerunt, seminauerunt super aquas omnes in spiritu, lucrati sunt multos, saluauerunt multos. Deinde, sicut ad ornatum & decorem templi iam ædificati, multi reges etiam ex gentibus, multa largiti sunt, & ædificauerunt.

Act. 2.

1. Ioan. 2.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

Psal. 23.

1. Para. 29.

1. Cor. 4.

1. Pet. 4.

1. Cor. 9.

1. Iacob. 5.

L runt

- runt multa ad defensionem eius & magnificentiam, cultum Dei lapsum instaurauerunt, violatores eius & legis transgressores interfecerunt, nec non omnes operates iniquitatem de ciuitate domini disperferunt: vt in Asa regere cernere est, in Iosaphat, Ezechia, Iosia, Iuda Machabæo & fratribus eius adparet. Sic sancti episcopi & doctores, principes & imperatores eadē cogitatione se armauerunt, zizania à diabolo in medio tritici seminata, extraxerūt: Monasteria multa cōstruxerunt, diuitijs multis locupletauerūt,
- Psal. 100.** cultū dei supra modū ornauerunt: & cū Dauid, super oēm laudem Dei addiderunt. Sed & per eos ecclesia est propugnata, vindicata ab inimicis, expurgata à fermento hæreticæ & prauæ doctrinæ: ac restituta, in cunctam mortalibus optatam pacem. Omnia illis contingebāt in figura nostri.
- I. Cor. 10.** E De ista ecclesiæ ædificatione in fide & moribus, vatum
- Psal. 49.** maximus in spiritu ait: Cōgregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia. Sancti eius in nomine domini congregantur, quādo capita ecclesiæ, in concilijs adunantur. Ibi testamentum eius (quod est euangelium æternum gratiæ Dei & regni) ordinant, quia ibi in spiritu congregati, per spiritum sanctum decernunt, ordinant, sanciant ritus, modos & ordines ministrandi sacramenta, offerendi augustissimū altaris sacrificiū, celebrandi missas) & oīa munia diuinorū laudum obeundi, pro temporum, locorū & personarū vtilitate & necessitate. Hinc
- Matt. 18.** Christus ecclesiam audire iubet: Quia vbi duo vel tres cō-
- Eccī 1.** gregati sunt in nomine eius, ibi fons sapiētiae, doctor paruulorum, magister summus Christus Iesus, docens vtilia
- Matt. 23.** in recipiendo sanctificationem, est in medio eorū. Quod
- Esa. 48.** si omnem hominem in hunc mundum venientem, suæ lucis & sapiētiae fulgoribus illuminat, multo magis manifestat & reuelat misericordiam suam & veritatem in concilio tam multo.
- Psal. 39.**

Sancti tempore ueteris testamenti, multa contribu-  
runt. Cap. XLVII.

Sancti Dei homines, legis & umbræ futurorū bonorū A  
stēpore, hac p̄diti erant authoritate. Nam, q̄bus laudum  
canticis sacrificia umbratica offerrentur, ordinauerunt &  
sanxerūt. Pari modo, Christi coruscante gr̄a & euangelio,  
ac fide diuulgata, cernimus esse, sed multo pulchrius, de-  
uotius atq; diuinius factū. Samuel, vnus inter eos qui in- *Psal. 98.*  
uocabant dñm in veritate, prophetarum cuneos instituit,  
qui laudes dño in instrumentis musicis resonarent. Népe, *1. Reg. 10.*  
in sono tubæ, in psalterio & cytharis, in tympanis & choris *19.*  
& organis, in cymbalis bene sonātibus & iubilationis: Itē,  
in sono tubæ & psalterijs, & id genus alijs instrumētis mu-  
sicis: Dubio p̄cul, q̄ modularēnt, cantica & sonos eis p̄scri-  
bens, deuotionis plena. Verūm, huius ex lege dei nullū ha-  
bit mandātū: Sed & cum moriente, mortuus est iste ritus  
laudandi deū magna ex parte. Post cū Dauid electus Dei, *1. Reg. 13.*  
vir secundū cor dei, qui fecit oēs eius voluntates, mirū in *Act. 13.*  
modū laudes Dei auxit, & ditis psalmis centū quinquagin-  
ta, atq; ministris domus dei modulandos distribuit, vt in *1. Par. 24.*  
Paralippomenon cernere est. Et eius ordinatio (q̄a vatum *25. & 26.*  
maximus est) legis robur obtinuit, & seruatur vsq; in ho-  
diernū diem, ab ijs qui immaculati in via ambulant in le-  
ge dñi. Mirabile dictū: dū iste modus seruabatur à priscis  
ritu inuiolabili, à ministris templi & regibus (quamuis in  
lege Dei nec p̄scriptus, nec p̄ceptus esset: & hanc ob  
causam etiam à Sadducæis despiceretur) omnibus mor- *Hest. 13.*  
talibus optata pace fruebantur, ex animi sententia omnia *2. Mac. 9.*  
habebant, omnibus bonis, timore malorum sublato ab- *Prou. 1.*  
undabant. Hunc reges Iuda, quibus bonitatis testimoniū  
scriptura perhibet, quòd zelum legis habuerunt secun- *Rom. 7.*  
dum scientiam, videlicet Dauid, Salomon, Afa, Iosaphat.  
Ezechias, Iosias, strictissimè seruauerūt: Et collapsum per

L 2 præ

prædecesores idololatrias vel neglectum, mox cum potestate acceperunt, instaurauerunt ante omnia, & sic omnia eis euenerunt prosperè, & Deus omnibus operibus manuum eorum benedixit. At contra, qui hunc psallendi & seruiendi Deo ritum neglexerunt, postergarunt, aut prohibuerunt, illos Deus dereliquit, dedit inimicis in direptionem, nihil habuerunt prosperi, ab eis auertit faciem suam, usque ad internicionem eos persequatur, & dementauit posteriora eorum.

¶ 21.

*Vmbra legis & ueritatis siue diei tempora conferuntur. Cap. XLVIII.*

**A** Nunc mirabilem ueritatis, cum umbra consonantiam libet conferre. Legem naturæ (ut fufius postea dicemus) in cordibus hominū ab initio scripsit Deus. At ubi abundare cœpit malicia, & charitas refrigescere, neque esset amplius qui faceret bonum, aut uix unus: aut rarus, aut nullus qui lumē sequeretur legis quæ mentibus etiam nostris impressa est: tunc exuberans Dei bonitas, nolens uillos perire, sed ad agnitionem ueritatis peruenire omnes: alia quadam uia, ad uoluntatis suæ cognitionem simul & operationem, exorbitantem & exasperantem mundū reuocauit: Maximè uerò gentē Iudæorum, quā dilexit, propter patres: Nam illis per angelum, decalogum descripserat lapideis in tabulis duabus in deserto, mox ut eos de manu inimicorum suorum uindicauerat: ut sic in sanctitate & iusticia ei seruiret omnibus diebus suis. Sed (heu) cito declinauerunt de uia quam ostendit illis amicus Dei Moses: Dilexerunt Deum in ore suo, & lingua sua mentiebatur ei. Quia cor eorum non erat rectum cum Deo, nec fideles erant in testamento eius. Moses dedit eis legem, sed nemo fermè eorum seruauit eam.

**B** Videns ergo pater misericordiarum & Deus omnis consolationis, quia multa malicia hominum esset super terram & ne-

2. Cor. 1.

mo.

mo amplius quod bonum est, loqueretur & faceret, sed cū *Gen. 6.*  
 & cordis humani cogitatio ad malum propensissima est *8.*  
 set ab adolescentia: nolletq; aliquos perire, sed omnes cō- *Sap. 11.*  
 sequi salutem, quia amat animas, addidit in bonitate sua  
 summum erga homines charitatis gradum, dicens: Non *Hier. 7.*  
 audierunt seruos meos prophetas quos misi eis, sed fece- *Matt. 21.*  
 rūt eis quecunq; voluerunt. Mittam ergo eis filium meū  
 vnigenitum atq; charissimum, forsitan cum hūc viderint,  
 verebuntur, & facient quæcunq; dixerit eis. Cum ergo ve *Gal. 4.*  
 nit plenitudo temporis, Deus pater qui diues est in mise-  
 ricordia, propter nimiam charitatem suā qua dilexit nos,  
 misit filium suum in similitudinem carnis peccati. Non vt *Ioan. 3.*  
 mundum in maligno positum iudicaret, sed vt mūdus sal *1. Ioan. 5.*  
 uaretur p ipsum. Ipse viā Dei in veritate facere cepit, & do *Act. 1.*  
 cere euangelium regni, atq; in corda discipulorum suorū *Hier. 31.*  
 inscripsit. Sed, vt totus mundus saluus fieret per ipsum, as *Hebr. 8.*  
 cendens in cælum discipulis præcepit, vt euangelium æter *10.*  
 num omni creature prædicarent. Illi verò, nullum laborē *Matt. 28.*  
 subterfugerunt, nullum periculum detrectauerunt, quo *Rom. 16.*  
 minus omne consilium Dei annunciarent. Quia in omnē *Act. 20.*  
 terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eo *Psal. 18.*  
 rum. Iudæis per angelos & Mosen legem dedit, postquam *Rom. 10.*  
 eos eduxit de iugo seruitutis, crudeli Pharaone submerso *Galat. 2.*  
 in mari rubro. Nobis verò Deus locutus est in filio suo, q *Act. 7.*  
 est splendor gloriæ & figura substantiæ eius, verba vitæ: *Heb. 1.*  
 & prædicari ac scribi euangelium fecit, postquam totum *Ioan. 6.*  
 mundum de seruitute peccatorum asseruit in libertatem *Rom. 8.*  
 gloriæ filiorum Dei, & vindicauit de diaboli seruitute. *Heb. 3.*  
 Conferre iam euangelium cum lege operepretium du- *C.*  
 xi. Defuncto Mose legislatore, per prophetas qui à seculō  
 fuerunt, exasperatoribus Iudæis legem datam syncerè ex-  
 posuit, multaq; (si verba respicis) addidit quæ vtilia erant *Rom. 6.*  
 puro legis intellectui & perfectæ obseruatiōi. Sic postquā

deuicta morte Christus victor redijt ab inferis, & rediuiuus clauso prodijt è sepulchro, atque in dextera paternæ gloriæ sedit, per apostolos, quos misso super eos spiritu sancto idoneos ministros noui testamenti fecit, sanctosque doctores, genuinum euangelij intellectum (ne simus paruuli fluctuantes, & omni circumferamur vento doctrinæ subditiuæ, in nequitia hominum, in astutia, ad circumventionem erroris) nobis reuelauit, & aperire dignatus est. Per hos, etiam multa (si sola verba respicis) scripta, ordinata, & tradita sunt quæ nusquam in viuifico Christi euangelio sunt digesta: nihilominus ad puram euangelij obseruantiam vtilia multum per omnem modum.

**D** Præterea: sancti prophetæ, ad legis diuini obseruationem (quod nihilominus onus græue erat, & iuxta apostoli Petri sententiã, impossibile, hoc est, difficile obseruatum factis siue exemplis, tum verbis Iudæos adhortabantur. At sancti doctores, ad perfectè Christi sectanda vestigia, omni qua possunt, tum exemplorũ, tum doctrinæ efficaciacia prouocant omnes fideles. Prophetæ apud Iudæos exasperatores, subuersores & incredulos, erant inglorij, & persequerentur & eorum documenta nec audire nec facere volebant. Sancti doctores, apud hæreticos & magistros mendaces despiciuntur: & canibus peius, & ague odio habentur. Pseudoprophetæ, dum lactabant peccatores in desiderijs suis iniquos benedicebant, beatos dixerunt præuaricatores, loquebantur placentia, mulcebant capita, vendebant oleum, erant in honore, diuitias congerebant, secura nauigabant aura, omnia ex animi sententiã habuerunt. At doctores sancti, hæc omnia despiciunt quasi lutum, diu hominũ non desiderant, placere hominibus reprobis nolunt, ne Christi serui non sint. Ideo tãquã purgamenta mundi huius sunt, omnium peripsa usque adhuc.

Et sic

Et sicut Deus post datam legem, in manu Samuelis & E  
 David olim laudes suas & templi ministeria, mirum in mo-  
 dum ordinavit & multiplicavit: Sic per diuos antistites  
 Ambrosium, & Gregorium imprimus ritus, cantus, of- *Apoc. 21.*  
 ficia & ministeria ecclesiæ, sanctissimè ad exemplar ciui- *Gal. 4.*  
 tatis Hierusalem cælestis (quæ est mater nostra) institu-  
 it. Davidis ordinationem, ritum & modum, omnes ti- *psal. 48.*  
 more Dei præditi, dum vmbra deseruierunt, simul in v- *psal. 148.*  
 num diuites & pauperes, iuuenes & virgines, senes cum  
 iunioribus seruabant inuiolabiliter. Sic Christi choru- *1. Tim. 1.*  
 scante gratia & euangelio qui Deum puro corde dili- *Titi 2.*  
 gunt, piè in Christo viuunt, sanctè & iustè, ab ordina-  
 tione Gregoriana, ne latum quidem digitum deflectunt. *3. Reg. 12.*  
 Radix peccati Hieroboam, profanum cultum idolorum  
 ex diabolo instituit. Scelerum sentina impius Achaz, *4. Re. 16.*  
 altare domini transtulit de facie templi, & impium alta-  
 re, quale vidit in Damasco, in locum eius misit erigi. *4. Reg. 21.*  
 Tandem (vt cæteros taceam) omnium regum impijsi-  
 mus Manasses, in templo Dei omnes abominationes gen-  
 tium (vero Dei cultu abrogato) exerceri mandauit.  
 Sic hoc tempore periculoso & his malis diebus, qui se *2. Tim. 3.*  
 folsò euangelicos vocant & non sunt, sed sunt synagoga *Apoc. 2.*  
 Satanæ, fecerunt in ecclesia Dei. Sed vltra non profi- *2. Tim. 3.*  
 cient. Inspientia enim eorum & impietas, manifestata est  
 omnibus. Qui Davidis ritum (vt dixi) seruauerūt, beati e- *psal. 127.*  
 rāt, & bene ipsis erat. Sic qui Gregorianam ordinationem  
 seruant, omnium bonorum affluentia perfruuntur. Qui *Pro. 1.*  
 ab illo defluerunt, erant in maledictione in hac vita &  
 postquam vniuersæ carnis viam ingrediebantur, missi  
 sunt in ignem æternum, qui diabolo & angelis eius est pa- *Matt. 25.*  
 ratus. Qui hunc vel negligunt, vel abominantur, vel su- *Eccī 6.*  
 gillant, in sortem dantur impiorum: & pars illorum est in- *Apoc. 21.*  
 magno ardente igne & sulphure, quæ est mors secunda

Samue-



Samuelis ordinatio & ritus seruiēdi Deo, paruo tempore durauit, atq; à Dauid partim est assumptus, partim dimissus. Vterq; enim musicis instrumētis est vsus. Sic Ambrosianum officium, in sua tantummodo ecclesia māsit, & ex parte à diuo Gregorio assumptum, partim dimissum. Nā huius officium, sicut olim Dauidis, omnis celebrat ecclesia sanctorum.

**F** Dauid & Samuel, post liberatū populum de Aegypto, post datam legem annis quadringentis & vltra, superatis hostibus & data pace, laudes Dei instituerunt. Sic diuus Ambrosius & Gregorius, tyrannorum sedata persecutione, data pace ecclesie, diu post publicatum euāgelium, vt edocti fuerunt à spiritu sancto, ritus laudum diuinarum sanxerunt sanctissimè, Dauidis ordinationem, reges apostata, impij & Dei contemptores, sicut pseudopropheta eos docuerunt, abrogauerunt, in malum suum & populi subiecti. Gregorij institutum, principes & reges reprobi pessundant, vt edocentur ab hæreticis, in suum & subditorum suorum damnationem & exterminium. Et sicut Samuelis & Dauidis ritus (quamuis in lege scriptus non sit) non est additio legis, sic ritus ab Ambrosio & Gregorio ordinatus, enangelij additio non est censendus. Magis au & verius explicatio, declaratio & resolutio est illius dicti

**Luc. 18.** seruatoris, quo dixit, quod oportet semper orare. Et illius

**Ephe. 4.** apostoli: Impleamini spiritu sancto, loquentes vobismet-

**Col. 3.** ipsis in Psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, cantantes in cordibus vestris, domino gratias agentes semper:

**1. The. 5.** (quia oportet sine intermissione orare) pro omnibus, in nomine domini nostri Iesu Christi, Deo & patri. Encomium pròinde quod ecclesiastic<sup>o</sup> de maximo vatum edidit,

**Eccēs 47.** etiam ad Diuū Gregoriū verissimè accipi potest, vt de eo dicamus in veritate: Stare fecit cantores contra altare, & in sono eorum dulces fecit modos. Et dedit in celebrationibus

nibus decus, & ornavit tempora usque ad consummationem Vitæ, ut laudaret nomen sanctum domini, & amplificarent mane sanctitatem Dei. Similiter præconium Simonis, Onie filij, sacerdotis Dei summi, quod idem Iesus Syrach alibi digessit, concinnè multum de Gregorio accipi potest, quod lege loco suo.

*Luderani abominantur laudes Dei.*

*Caput XLIX.*

**A**T nostri Saducæi ista asperrantur, & cum scribis & Phariseis, nec non hypocritis, laudes Dei pertesi, ad Christum, si præsens esset, utique dicerent: Audis quid isti dicunt? Laudibus immodicis te Deum, quem tu patre esse tuum dicis, cumulant? Quid prodest iste clamor? In spiritu & veritate Deum adorare docuisti: Dic igitur illis, argue eos cum omni imperio, ut taceant: Ne amplius bene psallant in vociferatione: Ne benedicant dominum in omni tempore: Ne laus Dei semper sit in ore eorum. Tu ab omni scandalo & offendiculo, sub æternæ mortis interminatione, cauendum docuisti. Fac ergo quod præcepisti. Cantus ille psallentium, te & Deum exaltantium quantum possunt, tibi confitentium in toto corde suo in concilio iustorum & congregatione, tibi gratias agentium, quod visitasti nos oriens ex alto, saluaturus omnes in te credentes in regnum tuum æternum, nobis est scandalo graui, res ista male nos habet: laus ista grauis nobis est ad audiendum. Dic ergo illis ut taceant. Nonne Coruinus, & cæteri filij diaboli, apostatæ insignes & seductores, hæc eadem præceperunt, & dixerunt virginibus sanctis, die ac nocte in templo Dei ante thronum agni laudes Dei psallentibus? Et hac techna diabolica ora canentium Deum clausurunt? At Christus, cæcos Phariseos in hoc non audiuit, serpentinis eorum astutijs non acquieuit, scandala eorum, quæ ex malitia

M erant,

**A** *Matt. 21.*

*Ioan. 4.*

*Tit. 2.*

*Psal. 32.*

*Psal. 33.*

*Matt. 18.*

*Luc. 17.*

*Psal. 100.*

*Luc. 1.*

*2. Tim. 4.*

*Matt. 21.*

*Luc. 19.*

*Rom. 1.*

*Hest. 13.*

- erant, p[ro]p[ter] illi non fecit. Sed deuotionem & laudes D[omi]ni appro-  
 bans, sic ora loquentium iniqua, consulentium mala, im-  
 pedientium opera bona, obstruxit. Sinite illos Deum  
 laudare. Nolite eos prohibere benefacere: si potestis pre-  
 inuidia, & si vultus ex charitate, & vos benefacite. Mag-  
 nificate dominum cum eis, & exaltate nomen eius in id-  
 ipsum. Laudationem domini etiam os vestrum loqua-  
 tur. Et si mihi non vultis credere, vel David audite: & sa-  
 crificate Deo sacrificium laudis. Nam Deus per os eius  
 dixit: Sacrificium laudis honorificabit me, & in laude  
 mea est iter ad domum meam, vbi est laus iugis & gra-  
 tiarum actio in secula seculorum: Vbi laudatoribus me-  
 is ostendo salutare meum. Hoc est, Ostendo eis mei-  
 ipsum, & vident me facie ad faciem, in iubilo, & sic  
 salua fit anima eorum: Et hoc gaudium, nemo potest  
 tollere ab eis.
- B** Sinite ergo eos, & recordamini quod scriptum est: Ex  
 ore infantium & modo genitorum, malicia non sensibus  
 paruulorum, renatorum ex Deo per aquam & spiritum  
 sanctum, & lactentium sugentiumque vbera matris eccle-  
 siae, & ex eis lac & mel bibentium in quibus crescunt in sa-  
 lutem: Ex ore inquam eorum, Deus pater meus laudem  
 suam perfecit, atque in laude illa destruet omnem inimi-  
 cum suum & vltorem. Omnes inimicos suos, qui nolunt mo-  
 do eum regnare super se per gratiam. Et sic, durissima est  
 eorum reprehensio, & damnationis eorum certa pronun-  
 ciatio. Sed & per laudem talium, etiam discernit vltorem  
 diuinæ irreuerentiae, nempe diabolū: qui vindicator cru-  
 delissimus est, offensionum, irritationum, in honorationū  
 Dei: Amen dico vobis, si hi tacuerint, laudem meam: nem-  
 pe simplices & innocentes, boni & recti corde ex Iudaeis,  
 tunc lapides, hoc est, gentiles ad fidē conuersi, clamabunt  
 laudes Dei, Deus namque ex abyssali sua misericordia &  
 gratia

gratia, de lapidibus: hoc est, ex gentibus qui lapides colue-  
 runt, & lapidibus duriores erant ad conuersionem, filios  
 ipsi Abraham suscitauit, qui in super in clamauerunt laudes  
 Dei, quando Iudæi tacuerunt. Sic Centurio clamauit: Ve-  
 re filius Dei erat homo ille. Sic bono vir & nobilis Ioseph,  
 decurio & iustus, coram Pilato mortuum confessus est. Ta-  
 ceo custodes sepulchri, qui principibus totam resurrectio-  
 nis Christi gloriam nunciauerunt. Taceo Dionisiū Areopagi-  
 tæ ecclipsim solis in Christi morte cernente supra naturā: Aut  
 (inquit) Deus naturæ patitur, aut mundi machina destrue-  
 tur. Taceo terræ tremorem, lapidum scissionem, veli in te-  
 plo diruptionem, sepulchrorum multorum apertionem,  
 Clamauerunt hæc omnia, eo modo quo scriptum est: La-  
 pis de pariete clamabit: & lignum, quod inter iuncturas  
 aedificorum est, respondebit.

Matt. 3.

Matt. 27.

Roma. 15.

Luc. 23.

Matt. 28.

Matt. 27.

Rom. 15.

Luc. 23.

Abac. 2.

*Digna animaduersione, o soribus diuinarum laudum est,  
 reddita in finem eorum.*

Caput L.

**E**T dignè per omnem modum diuinarum laudum o-  
 soribus, postergatoribus & abrogatoribus rependi-  
 tur. Quidam Deo gloriam & laudem suam subtrahunt, in  
 fames & inglorij fiunt: & dum nolunt Dei laudes audire,  
 coguntur blasphemias, impropria, scommata verborum,  
 & horribiles fonos audire bombardarum & pugnarum.  
 Insuper, dū debitas Deo laudes nō reddunt vel tollūt, tol-  
 lit ipsis vniuersa, loca eorū & gentē: & pro gloria qua ful-  
 gebāt, ignobiles fiunt: Quod nō solū ex veteri testamēto:  
 sed etiā ex nouo luce meridiana manifestius claret. Et dū  
 Deo nolunt seruire in sanctitate & iusticia: ac iugum eius  
 suauē, & onus eius leue portare seruiunt diabolo durissi-  
 simo ty rāno in luto luxuriæ, in laterib' auaritiæ, & paleis  
 vanitatis & supbiæ Et hoc in egestate & penuria maxima.

Falsissi

*Falsissimè impij, ecclesiæ ordinationes & sanctiones pijs,  
bonas & sanctas, traditiones humanas  
uocauit. Caput. LI.*

- A** Quid de traditionibus humanis Saducæi nostri obtrudunt, futile prorsus est ac raucidum, nec respon-  
sione dignum. Non enim Christus damnat ecclesiæ sanctissimos ritus in Dei laudibus, & ordinationes de sacramentorum administratione, nec sanctorum patrum scripta, nec decreta & sanctiones pro conseruatione iustitiæ, pacis, honestatis, pudoris, ordinis, amicitia, sanctitatis, honoris diuini, bonæ famæ, disciplinæ, & pietatis factas. Neque regulas viuendi concorditer secundum Dei Euangelium, & habitare in vnum, ac vnanimiter vno ore Deum honorificare, sicuti patres in regulis suis tradunt, & factis & verbis docent, Christus reprehendit, arguit, damnat, prohibet, & iubet abrogari, quod tamen sycophantæ impiè ac falsissimè moliuntur hinc concludere & inferre: quando hæc ipsa sunt Dei præcepta, aut Christi consilia: quæ dū rectè intelliguntur & seruantur, semitæ sunt & methodi accommodissimæ ad imitandū Deū, & sequendū Christum sine impedimento, & dignè Deo & euangelio ambulandum in vita quieta & tranquilla, in omni pietate, castitate, veritate & sanctitate.
- B** Nec voluit Christus, tales ordinationes non debere fieri, aut factas non posse seruari. Nā & ipse Augusto Cæsari, quāuis gentili, detulit, quādo parètes eius edicto imperatoris morem gerentes in Bethleem profitebantur obedientiam. Et ipse postea tributū pro se & Petro iussit dari, siue censum. Sic & Deo quod Dei est, & Cæsari quod Cæsaris præcepit dari. Si vniuersaliter traditiones humanæ non essent seruandæ, sed damnandæ, certè peccasset apostolus, qui allegauit Philippis quòd ciuis Romanus esset, ac per hoc timorem incussit multis. Cōsimili etiam  
pru-

prudētia manus inimicorum suorum euasit in Cæsarea, appellādo Cæsarem. Imò, ipse doctor & magister gentiū *Act. 25.* in fide & veritate, leges gentium allegat, dicens: Fratres, scē *Galat. 3.* cundum hominem dico: Hominis confirmatum testamētum nemo spernit aut superordinat &c. Sed & Colloßen *Col. 2.* laudat ecclesiam, quam nunquam coràm viderat, sed spiritu cum eis existens, gaudet: videns ordinem eorum, & firmitatem fidei Christi, quæ in eis fuit. Insuper, si homines decreta & traditiones bonas facere non possunt, nulla iusticia conseruari, nullum regnum, nullā ciuitas pacificè regi potest. Quod prorsus insanum est & extremè dementia, vel cogitare: & verbo Dei aduersatur manifestè. Per me, inquit aterna sapientia, reges regnant, & legum con- *Prou. 8.* ditores iusta decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunt iusticiam. Id ipsum in euangelio Christus confirmans ait: Qui dixerit fratri suo Racha, reus erit *Matt. 5.* concilio. Et quid est reum esse concilio, nisi, quod potestate *Hest. 1.* præditi & sapientes, qui sciunt iura maiorum, in isto casu conuocari debent, & consultare, qua pœna plectendus sit, qui tali nota aut sono charitatem fraternam vel læsit vel frēgit? Hoc nulla via liceret, si in potestate constituti, nullam sancienti traditiones & statuta, haberent potestatem, qua iniquorum refrenaretur audacia, insolentia & malicia, pax cōseruaretur, vt tuta esset inter malos innocentia.

*Traditiones hominum quæ sunt?* Cap. LII.

**Q**uid igitur virtus & sapientia patris, Christus Iesus **A** voluit, quando traditiones & præcepta hominum *1. Cor. 1.* damnauit? Apostolorum Satanæ mendacia, hæreticorum *Matt. 15.* pestilentium peruersa dogmata, tyrannorum, iniustorum *Rom. 7.* iudicum iniusta decreta, fascinatorum technas, cæcorum ducum vafra statuta, seductorum imposturas, auponantium, & scripturas deprauantium insanas falsas. Et breui-

M 3, ter

ter, quicquid ad veritatis impugnationem, fidei subuersionem, morum corruptionem, hominum seductionem, pietatis abrogationem, pacis turbationem, salutis operande, promouenda & augende impeditioem, honoris item diuini immuntionem vel pessundationem, ordinatur, statuitur, precipitur, scribitur & docetur. Hoc maxime faciunt heretici & quotquot eorum fermento sunt corrupti: In caput vestrum fabam hanc cudi stis heretici: Vos verbis istis designati estis: Sicut sorex sono oris sui perit: In laqueo quem parastis alij, comprehensi estis: Os vestrum vos condemnat: In foueam quam fodistis nobis, incidistis.

Psal. 7.

9.

Iob 17.

Esai. 29.

Matt. 23.

Philip. 2.

Esai. 10.

Exod. 1.

Psal. 51.

**B** Et hunc esse verum verborum Christi intellectum, ex aperto textu colligitur. Nam traditiones quas Esaias & Christus damnant, subditiua, falsa, impia & damnabiles erant expositiones scribarum & pharisaeorum, genuinum & germanum scripturae intellectum auferentes, & falsum verborum dei contrarium substituentes: Nam per istas technas, dolos & imposturas, adulterabant verbum Dei, scripturas deprauabant, quae sua sunt, non quae aliorum aut Iesu Christi, querebant honorem, subuentionem & consolationem parentibus debitam, & mandata a deo, (vt eo loci taxat saluator) eis subtrahebant, & ad seipso trahebant.

**C** Eius farinae & generis etiam sunt constitutiones, decreta, & mandata, omnium potestate praedictorum, quae ad oppressionem, expoliationem, depilationemque subditorum fiunt: Quibus nouas & iniustas exactiones imponit quos nouis seruitijs grauatur, nouis & assidujs laboribus premunt, vt Pharaos filios Israel. De quibus per Esaiam dicitur: Vt qui condunt leges iniquas, & scribentes iniusticias scripserunt vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causa humilium populi mei, vt essent viduae praeda eorum, & pupillos diriperent. Sed plerumque callide sic pauperes opprimunt: & sicut nouacula acuta, dolos suos faciunt: Nam

iniu-

iniusticias suas fucis & phaleris excogitatis palliunt: At  
 Deus non irridetur. Ille nouit decipientem, & illum qui Galat. 6.  
 decipitur. Ille prospicit quando tempus venit: quando Job 12.  
 conuertit dolum & toris eius: & dolorem que fecit egenis, Psal. 36.  
 orphanis, pupillis & viduis: In caput eius, & in verticem Psal. 7.  
 iniquitas eius descendet. Tunc panis eius quem iniuste  
 acquisiuit, in vtero eius vertetur in fel aspidum intrinse-  
 cus: Tunc diuitias quas deuorauit, euomet: & de ventre il Job 20.  
 lius extrahet eas Deus. Tunc recipiet quæ fecit omnia, nec  
 tamen consumerur. De dolis eorum etiam Hier. ait: In Hier. 5.  
 uenti sunt in populo impij, insidiantes quasi aucupes, po-  
 nentes laqueos & pedicæ ad capiendas animas & viros. Si-  
 cut decipula plena auibus, sic domus eorum plene sunt do-  
 lo. Sic isti pharisæi fecerunt, quos hic Christus arguit, va-  
 fritia sua torquebant ad nothum sensum scripturas & pro-  
 prium commodum. Et in hoc eos imitantur omnes hære- Sap. 2.  
 tici, qui sunt ex parte eorum, & cum eis in eadem damna-  
 tione, nequitia & malignitate. Pacificè quidem loquun-  
 tur, sed in iracundia terræ loquentes, dolos cogitant. Et Psal. 34.  
 rursus: Qui inquirebant mala mihi: locuti sunt vanitates,  
 & dolos tota die meditabantur. Verùm, si iuxta consilium Psal. 37.  
 iusti regis Iosaphat, viderent quid facerent, & timor Dei  
 esset cum eis, & quòd omnia quæ faciunt in caput eorum 2. Par. 19.  
 recidunt: utiq; à iudicijs Dei timerent, & quòd sibi fieri  
 nollent, alijs non facerent, sed vti vellent, quòd sibi ho- Tob. 4.  
 mines facerent, eo modo facerent omnibus, sine vlla per-  
 sonarum acceptione, tunc hæretici si scripturas non de-  
 praurent, sed omnes tum exemplis, tum doctrina ædi-  
 ficarent, domino lucrarentur & saluarent in regnum 1. Cor. 10.  
 Dei. Iacob. 5.

Traditiones bonæ, piæ & sanctæ sunt seruandæ.

Caput LIII.

Quæ



- A** **Q**uæ autem iusta, pia, sancta, vtilia, honesta, & salutii conferentia sunt, si ordinantur, statuuntur & decernuntur, ex charitate sunt seruanda & honoranda.
- Hiere. 35.** Talis fuit Rechabitarum continentia, Hieremia teste, deo acceptissima, Niniuitarū dura pœnitentia, Iudæorum triū dierum oratio & ieiunium, in tribulatione constitutorū, tempore Hester: & multorum festorum institutio, vt cernere est, 3. Reg. 8. Hester 9. 1. Mach. 4. & 7. & 13. & 2. Mach. 15. Hæc & his similia, si ordinantur & præcipiuntur, seruanda sunt. concorditer, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.
- Rom. 13.**
- B** Nec valet, si obrudas, quod religiosi multi suarum regularum sunt præuaricatores, nõ reddentes Deo vota sua, retro post Satanam abeunt. Alij inexplibilem auaritiæ famem & sitim patiuntur. Fateor quidem (quod sanè citra maximum cordis mœrorem & gemitum dicere non possum) quotquot Christo initiati sunt, & fidè eius ac euangelium ore profitentur, factis verò Deum & fidem negat, euangelium pessimè transgrediuntur. Videmus enim omnes iam auaritiæ, proh dolor, studere à minore vsq; ad maiore, etiam illos qui falso se euangelicos vocant. An non à propheta, hoc est, à prædicatore vsq; ad sacerdotem, cuncti faciūt dolū? Dic amabò, quotusquisq; est, qui nõ querat quæ sua sunt? qui curam carnis in desiderijs nõ faciat? qui arctam viam ambulet; & per angustam portam intret, quæ ducit ad celum? Qui vim sibi faciat? Qui carnem suam cum vitijs & concupiscentijs crucifigat? Qui ab omni via mala pedes suos prohibeat? Qui quæ ædificationis sunt, vbiq; sectetur? Necessè quidem est qd scandala veniant: sed vè illi per quem veniunt. Si religiosi aliqui, à via veritatis deflectunt, post carnè in concupiscentia immunditiæ ambulat, ad vomitum ingrati redeunt vt canes, & sues loræ ad volutationem luti, pertæsi laborum & viarum, ac nau-
- scen-

seantes cibum angelicum, vt Iudæi ad Aegyptum, sic re- *Num. 11.*  
deunt ad seculum, ita vt posteriora eorum peiora euadant  
prioribus. Esto inquam verum hæc ipsis Luderanis nihil *Matt. 27.*  
prorsus suffragantur. Vnusquisque enim onus suum por- *Galat. 6.*  
tabit, & recipiet secundum opera sua, cum venerit ad tri- *2. Cor. 5.*  
bunal Christi: Apostata religionum & Luderani, æqua  
ibi lance appendetur. Et fortassis remissius erit illis quam  
istis. At hæc domino commitemus.

Veruntamen, qui constitutiones & ordinationes pa- **C**  
trum, ecclesiæ, tum potestate præditorum transgreditur, *Galat. 5.*  
portabit iudicium suum. Et suam ipse maliciam arguat &  
condemnet, necesse est, cum sine causa sanctorum pieta-  
tem & studium condemnat: quo fit vt vel inuitissimus di-  
cere cogatur illud apostoli: Lex quidem sancta, & manda- *Rom. 7.*  
tum sanctum, iustum & bonum. Quod ergo bonum est,  
mihi factum est mors mea malicia. Eò quòd ego carnalis *3. Reg. 21.*  
sum, venundatus sub peccato, vt faciam malum. Nolo enim *Psal. 35.*  
intelligere vt bene agam, quia nolo in lege Dei ambulare: *Luc. 18.*  
Eò quòd nec Deum timeo, nec homines reueor, & de- *Ephe. 4.*  
speraui apud memetipsum.

Sic qui festa ecclesiæ calumniantur & feriaciones, eò q̄ **D**  
ipsis diebus magis crebrescant peccata & offendicula, hi  
inquam recogitent, quòd eius rei gratia, festa non sunt in-  
stituta, vt libidinibus seruiatur: vt calicibus epotandis &  
commessionibus tunc vacetur: Et si præcepta ecclesiæ  
tollenda sunt, quia non seruantur, & sunt in laqueum trans-  
gressoribus: tollantur necesse est, etiam præcepta Dei siue  
decalogus. Tollatur & præceptum dilectionis Dei & pro-  
ximi, quando hoc Luthero authore seruat nullus. Et ni- *Psal. 118.*  
hilominus maledicti, qui declinant ab illis mandatis. *Galat. 3.*  
ijciantur in profundum laci, vel inferni: Nulla sit ampli- *Rom. 4.*  
us lex domini: Quia vbi non est lex, ibi non est transgres-  
sio siue præuaricatio.

N Sed

**E** Sed & dei damnemus exuberantem charitatem, qui ex  
 bonitate sua abyssali, nobis sanitatem corporum largitur,  
 pacem temporis, vbertatem terræ, fœcundam messem, &  
 id genus beneficia sine numero: Dubio procul, nō vt per  
 hæc offendatur, non vt eis abutamur in superbia & abu-  
 sione, sed vt per hæc in eius amore accendamus ad manda-  
 ta illius custodienda, & voluntatem bonam, bene placen-  
 tem & perfectam faciendam, prouocemur. Sed hic libri hu-  
 ius fit finis, in quo abundè quid verbum dei sit arbitror  
 ostensum, & blasphematoribus viæ dei reor esse respon-  
 sum: Illis sine dubio, qui veritatem requirunt, diligunt, &  
 scire desiderāt. Obstinatis autē & in reprobū sensum datis,  
 de industria veritati resistentibus & contradicentibus, ni-  
 hil satis est, quibus nec prophetarum, nec apostolorum re-  
 sponsa satisfaciunt. Imò ne Christi quidem, quantumlibet  
 fit scientiarum dominus, & ipsa sapientia patris, fons sapi-  
 entia, plenus gratia & veritate, in quo omnes thesauri sa-  
 pientia & scientia dei sunt absconditi. Sed neque posset  
 Christus ipsorum pertinacia satisfacere, quantum-  
 uis sermo eius in gratia & sale esset conditus, &  
 gratiam ad ædificationem fidei, mitibus  
 præberet: Nihil ergo mirum,  
 si hoc ipse homuncio  
 præstare non  
 possim.

Iob 24.

.Cor. 1.

Col. 2.

Ephe. 4.

Col. 4.

*Omnes homines beatitudinem desiderant.*

## Caput I.

**B**EATI qui audiunt verbum Dei, & custo- A  
diunt illud. Lucæ 11. Omnes beati esse cu- Phil. 4  
pimus, & omnium honorū affluentia frui:  
sed rarus est, qui vias quibus ad beatitudi-  
nem graditur, ambulare velit. Omnes cupi-  
unt fœcundam messem, & horrea frumentis implere, sed  
pauci in tempore oportuno arare fatagunt, fimum mitte-  
re, seminare, & alios labores ad hoc necessarios exantlare:  
Optamus coronas victorum, sed labores, pericula & certa- Nume. 23.  
mina horremus bellatorū: cum nemo coronetur, nisi pri- 2. Tim. 2.  
us legitimè certauerit: Copiosam mercedē accipere cupi- Matt. 20.  
mus in fero, sed laborare detrectamus in vinea. Volumus Gal. 6.  
in spiritu metere vitam æternam; sed recusamus in spiritu  
seminare, hoc est, ductū spiritus sancti sequi: cuius agi fre- 1. Cor. 3.  
nis, summa libertas est. Fructus spiritus facere, in spiritu  
Deo seruire, & spiritualis esse nolumus. Sed beati sunt &  
hic & in futuro, qui audiunt verbū & custodiunt illud, &  
faciunt fructum eius. Omnis ait Christus, qui habet verba Luc. 8.  
mea & facit ea, similis est homini sapienti, qui domum su- Matt. 7.  
am supra petram ædificat: Nam eam nihil deicere potest Luc. 6.  
in terrā. At contra, Omnis qui audit verba Chri, & nō facit  
ea, similis est homini stulto, qui domum suam super are-  
nam construxit: in quam cum venti aut pluuię aut alluio  
aquarum irruunt, subuertitur, & fit riuia eius magna, &  
crebro irrecuperabilis. Vnde seruator alibi ait: Qui habet Ioan. 14.  
mandatā mea & seruat ea, ille est qui diligit me.

Fides una est à principio usq; ad finem mundi. Cap. II.

**S**ed enim perplexitas hic magna suboritur, scitu neces- A  
saria, & digna quæ discutiatur: Quam qui ignorant, de  
N 2 verbo

- verbo Dei haud secus differunt, quàm cæci de colore, & pueri de auri valore. Et hæc est quæ sequitur: Cum fides vna sit, teste apostolo, quæ saluat & Deo acceptos facit: in qua saluati sunt patres prisci qui nos præcesserunt: & nos similiter qui modo sumus saluabimur, dummodo in illa fide per charitatem fecerimus Dei voluntatē: Et saluabuntur qui nos sequent, & nati natorū & qui nascentur ab illis à progenie in progenies, timentes Deū, vt ait in actis vertex apostolorū: Fides verò, donū Dei est, & per auditum: **Act. 15.** Auditus aut per verbum Dei: Et sine fide illa electorū, impossibile est placere Deo. At: si fides est per verbū Dei, & **Rom. 10.** vna omniū, consequens est, patres priscos qui Deo placuerunt per fidē ab initio, idem verbum Dei habuisse quod nobis prædicatum est per Christum & eius apostolos. Verū, quis hoc non ibit inficias? Quando quidem sacramentum Christi & euangelium, absconditum à seculis fuit in Deo. Apostolis autem primū data est gratia ista, in gentibus euangelizare in inuestigabiles diuitias gratiæ Christi, & illuminare omnes, quæ erat dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo, qui creauit omnia: Qui non solum hominibus, sed & principatibus & potestatibus notū fecerunt in cælestibus, multiformē sapientiam Dei. Verū si Christi mysteriū & euangelium ignorauerunt, ergo nec in eum crediderunt: & ex consequenti nec sperauerunt in eum. Si in eum non crediderunt, & nec Deo placuerunt, quia sine fide impossibile est placere Deo. Nec salutem sunt consecuti, eò quòd qui non credunt in eum, iam iudicati sunt. In contrarium autem dicit apostolus de multorum fide, & operibus bonis quæ in fide fecerunt enumeratis: Sancti, per fidem vicerunt regna: operati sunt iusticiam: & adepti sunt æternas repromissiones in cælis.
- Heb. 11.** **B** Ad hunc Gordij nodum dissoluendū, rursus quid verbum Dei sit (quod omnia sanat animarum vulnera cōtritorum.
- Sap. 16.**

rum cordium, & alligat omnes contritiones earū) est re- *Pfal. 146.*  
 petendum. Est autem verbum Dei (quod in omnem terrā *Pfal. 18.*  
 exiuit) manifestatis, sanctissimæ voluntatis Dei, rationali *Rom. 10.*  
 creaturæ facta. Vel signum aut res est, per quam volunta-  
 tem suam nobis Deus manifestat.

*Triplex tempus distinguitur. Caput III.*

**V**nde notādum, quòd triplex distinguitur tempus: **A**  
 videlicet, naturæ conditæ; legis datæ; & Euangelij  
 veritatis & gratiæ per Iesum Christum factæ. Et quamuis  
 hoc triplex tempus, vnum tempus continuum sit, trina ta-  
 men hac sectione diuiditur propter magna opera domini *Iob. 5.*  
 & inscrutabilia, & mirabilia sine numero facta in eis, ex-  
 quisita in omnes voluntates eius, ad hominum consola-  
 tionem & salutem.

*Triplitem legem Deus dedit. Caput IIII.*

**I**n primo tempore, propter bonitatem suam abyssalem, **A**  
 hominem ad imaginem & similitudinem suam, rectū *Gene. 1.*  
 fecit Deus. In secundo, propter misericordiam suam æter- *5.*  
 nam & infinitam, patres de Aegypto in manu potenti & *Eccēs. 7.*  
 brachio extento eduxit & per datam legem in manu Mo- *Exod. 20.*  
 si, ad voluntatis suæ cognitionem & operationē, induxit *32. & 34.*  
 & reduxit. In tertio, quod temporis est plenitudo, & tem- *Galat. 4.*  
 pus acceptum & dies salutis, propter nimiam charitatem *2. Cor. 7.*  
 suam, qua Deus mundum dilexit, filium suum vnigenitū *Ioan. 3.*  
 misit, vt saluaretur mundus per ipsum. Et omnes qui cre-  
 derent in illum, non perirent, sed haberent vitam æternā.  
 Insuper notandum quòd triplex est lex Dei, per quam  
 voluntatem suam Deus nobis manifestat, perinde ac tripli **B**  
 ci suo verbo gratioso. Vel si magis placet, vna est eadem-  
 que lex Dei, vnum & idem verbum Dei, quo voluntatem  
 suam

**N. 3.** suam

suam nobis manifestat: triplici tamen modo & in diuersis temporibus variè, iuxta quod hominù salutis expediebat & necessarium erat, reuelatum.

- Hanc verbi Dei identitatem inuariabilem, non solum fidei identitas & vnitas, sed & Dei idem semper manentis & immutabilis voluntas astruit & natura. Mediatoris quoque non minus id astruit identitas. Nam Christus. Iesus heri & hodie, ipse & in secula idē ipse manet, & anni eius non deficiunt. Atque illum pro salute deprecati sunt Osanna filio Dauid clamantes, qui præcesserunt, & qui eum sequebantur. At non potuissent eum inuocare, nisi in eum credidissent: Nec potuissent in eum credere, nisi per verbum Dei (ex quo fides est) eum cognouissent.
- Verum si eandem fidem quam nos habemus, patres isti habuerunt, ut diuus Petrus ait, irrefragabiliter sequitur, quod & idem verbum fidei habuerunt quod nos habemus: Quamuis fides ista eorum adumbrata, implicita & minus manifesta erat ac declarata, quam nostra. In hunc modum ad Galathas tuba euangelij ait: Prius quam veniret fides (manifestata videlicet) sub lege custodiebantur patres conclusi, in eam fidem quæ per figurarum & oraculorum impletionem in Christo, reuelanda erat. Nam diuiso & rupto velo figurarum, per veritatis exhibitionem, in ipsa sancta, reuelata facie & claro fidei oculo, modo intuemur. Nox præcessit, tenebræ transierunt, dies illuxit nobis, & in die ambulamus. Non umbras sed imaginem rerum tenemus. Demum, ecclesiæ vnitas vineæ & vitis veræ, ac solis iusticiæ, qui sua luce omnes homines illuminat, in hunc mundum venientes, & verbi gratiæ, & fidei electorum astruunt identitatem. In hanc vineam excolendam, ab initio Deus semper operarios conduxit & misit: qui suo tempore fructum eius fibi darent. Arguit quoque id ipsum: quod vnus est pastor ouium,
- Iacob. 1.**  
**1. Tim. 2.**  
**Hebr. 13.**  
**Psal. 101.**  
**Matt. 21.**  
**Rom. 11.**  
**Luc. 19.**  
**Ioan. 12.**  
**Rom. 10.**  
**Act. 15.**  
**Gal. 3.**  
**Luc. 23.**  
**2. Cor. 3.**  
**Rom. 13.**  
**Heb. 10.**  
**Ioan. 1.**  
**Matt. 20.**  
**Matt. 21.**

ouium, vnus dominus vniuersorum, vna spes vocationis  
nostra, vnus denarius, & vna merces laboris & laboranti-  
um in vinea domini.

Luc. 20.

Ioan. 10.

Ephe. 4.

Matt. 20.

Vt ergo fides vna est, sic & verbum fidei vnum est sed  
modus manifestandi, & signum verbi huius multiplex  
est, & diuersorum pro temporum varietate & nostra ca-  
pacitate, necessitate & vtilitate, & quod semper est au-  
ctum, manifestorūque modo & argumentis nobis cla-  
rioribus exhibitum & propositum. Sicut exempli gra-  
tia, idem sol lucet in aurora, & per nubes lucem diffun-  
dit hora tertia, in axem cæli ascendit hora sexta, fuga-  
tisque tenebris illuminat sua claritate totum mundum:  
Hora nona autem cum plenissimo calore lucet omnibus,  
nec vllus tunc est, qui se à calore & luce eius abscondat.

Hinc de verbo Dei quod prædicatum est in toto mun-  
do, & de verbo per quod mundus factus est, quod & caro

Psal. 18.

Ioan. 1.

factum est & habitauit in nobis, illud Iacobi accipi & intel-  
ligi concinnè satis potest: Exortus est sol, ait, cum calore si-

Iacob. 4.

Ecces. 7.

ue ardore, in ancora legis naturæ, quâdo Deus hominē re-

Psal. 4.

ctum fecit, & lumen vultus sui super eū signauit, & eū in  
manu cōsiliij sui reliquit: Et in illo lumine Deū agnouit, &  
nō potuit eū non diligere syncerè. Et vtinā sic mansisset.

Tempore verò Moysi, sol iste radios suos per nubes densas  
figurarū, perq; vmbas oraculorū legis & prophetarū vt-

Ezech. 32.

cunq; misit. Nā illo tēpore, æterna sapiētia solē verbi sui  
nube figurarū textit. Cū verò tēporis plenitudo venit, in

Galat. 4.

Mal. 4.

quo Deus filium suum misit in terram, factum sub lege &  
factum ex muliere, tunc sol iusticiæ Christus Iesus, Deum

2. Mach. 1.

Psal. 111.

timentibus exortus, refulsit in cælo ecclesiæ, qui prius  
in iubilo figurarum erat inclusus, quasi hora sexta. Tunc

exortum est rectis in tenebris & in vmbra mortis sedenti-  
bus lumen verum: Nempe, misericors & miserator & iu-  
stus. Et non solūm Iudæi, sed & populus gentium hanc

lucem.



lucem magnam vidit, & gaudius est, & ambulavit in lumine eius. In Hierusalem vero cælesti, sol iste stat in medio cælo: quia ibi eum omnes cognoscunt, & vident eum sicuti est, facie ad faciem. Ibi regem in decore suo vident, quia lucerna ciuitatis illius, est agnus. Nunc autem, quomodo, & quod verbum Dei homines in singulis temporibus audierunt, despiciamus.

*Lex Dei in statu innocentie, quæ fuit. Caput V.*

**A** **I**n statu innocentie, per legem inditam & lumen vultus Dei, sciuit protoplastus voluntatem Dei, & omnia scientia salutis & sapientia Dei plenus erat: Non per studij exercitium, vel ingenium artis: sed per diuinæ beneficium largitatis. Sciuit Deum, cognouit semetipsum, habuit & scientiam vniuersorum, ideo rebus omnibus, iuxta vniuscuiusque naturam, gradum & proprietatem, nomina indidit. Exuberans namque diuina pietas, ab initio, homini boni & mali distantiam & discretionem infudit, quod lumen rationis, siue vultus Dei super nos signatum, vocamus. In isto lumine, fandi atque nefandi distantiam (si volumus) omnes videre valemus, & diuinæ bonitatis intueri bonam, beneplacentem & perfectam voluntatem, quod est verbum Dei. De hoc ait vir secundu[m] cor Dei: Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Lumen vultus Dei super nos signatum est, quia in superiori parte nostra quæ ratio est, lumen intellectuale Dei impressum est. Quod dum à Deo (à quo est omne datum optimum & omne donum perfectum) deriuatur, lumen Dei dicitur. Illud lumen, sufficienter ostendit & docet, quæ sint principia speculabilium & operabilium fidei, à quibus cætera à nobis cognitu & factu necessaria deducuntur, ac veluti ex vniuersalibus, particularium cognitiones resoluuntur.

De illa

De ista luce & lumine dicit apostolus: Gentes quę legem Rom. 2.  
Dei scriptam in tabulis lapideis quam Deus apellis dedit in Exod. 20.  
pentathenco, non habent, naturaliter tamen ea quę legis 32. 34.  
sunt faciunt. Vtiq; hoc modo ostēdunt opus legis scriptū  
in cordibus suis.

Et ipsi sibi lex sunt, dum legem scriptam non habent. **B**  
Quod ex eō consequens est, quōd testimonium illis cōsci-  
entia eorum reddit, tam in malis quę contra, quā in bo-  
nis actibus quę cum illa lege Dei fiūt: iuxta illud Esa: Ag- *Esa. 3.*  
nitio vultus eorū, respondebit eis. Hinc dominus ait: Ar- *Psal. 49.*  
guam te, & per lumen rationis, infanda tua facinora, & sta-  
tuam contra faciem tuam quia cogitationes iniquorū in-  
ter se, mutuo se accusant, iuxta illud: Arguet te malicia tua *Hier. 2.*  
Et iterum: Impij viuent in cogitatione peccatorum suorū *Sap. 4.*  
timidi: & traduent eos ex aduerso (etiam in cubili suo, *Matt. 6.*  
vbi clauso sup se ostio soli sunt) iniquitates ipsorum. Quia *Prou. 10.*  
conscientia, mille testes: Et pauor est operantibus malum. *Esa. 57.*  
Et Esaias: Non est pax impijs: sed sunt sicut mare feruens,  
quod quiescere non potest: & redundant fluctus eius in  
conculcationem & lutum. Hinc sapiens ait: Frequēter sce- *Sap. 17.*  
leratos pręoccupant antequam inferuntur mala, pessima  
redarguente eos eorum conscientia. Nam cum timida sit  
nequitia, data est in omnem condemnationem, etiam illi-  
us qui scelerata designat. Semper enim pręsumit sęua & *Prou. 28.*  
perturbata conscientia. Sic fugit impius, nemine perseque- *Prou. 12.*  
te: quia vt alibi dicit, quasi gladio pungitur conscientia. *Iob. 15.*  
Hinc Iob ait: Sonitus terroris semper est in aure malę fi-  
bi conscij: & cū pax sit, ille semper suspicatur insidias: Nō  
credit quōd de tenebris reuerti possit ad lucem, circum-  
spectans vndiq; gladium. Cum se mouerit ad quærēdum  
panem, nouit quōd paratus sit in manu eius tenebrarum  
dies. Terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eum,  
sicut regem qui paratur ad bellum. Semper quasi tumen-  
tes flu-

tes flu-

- tes fluctibus super se timet Deum: & pondus eius ferrè non potest. Summa: Non est grauior dolor, crux onerosior, hostis crudelior, tortor inimicior, rea conscientia. Potest dolorem lenire remedijs, crucem deponere, hostem fugere, tortorem verbis ad horam demulcere, conscientiam malam effugere non valet. Iussit enim Deus vt omnis mès mala, cruciatus sit sui authoris. Vermis ille non moritur, ignis iste non extinguitur: nisi homo relicta malitia, redierit ad Deum in toto corde suo. Hac via, & nulla alia, tristitia hæc in gaudium conuertitur verè pœnitenti.
- C** Sic Adam, mox vt mandatum Dei violauit, erubuit, abscondit se à facie Dei, timuit & fugit. Cain cum inuidia tabescente iter habens, mox vt iustum & innocentem fratrem suum occidit, peccatum suum in foribus fuit. Timuit enim, abscondit se: & vagus, & profugus sicut ouis quæ perijt, vagabatur in terra: Taceo Lamech qui Cain occidit, Taceo fratres Ioseph, qui seipfos arguebant, quòd innocenti fratri tanta mala irrogauerunt. Vnde dixerunt: Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. Ille timor degeneres animos argués, etiam superbum ac scelestissimum Antiochum reprehendit & ad sui cognitionem aliquantum perduxit. Hæc profanum Esau rugire compulit à gemitu cordis sui. Hæc proiectum à facie domini Regem Saul, falsò quamuis, humiliavit: Et scelestum Achab, à iudicijs Dei timere fecit. Iste compulit Iudam proditorem, vt scelus confiteretur commissum, referret pecuniam & proijceret in templum. Hæc conscientia mali, ad pœnitentiam adduxit Dauid, Manassen, Magdalenam, Petrum Apostolum, & publicanum: quia spina suorum peccatorum compungebantur: & peccatum eorum contra eos erat semper. Nec pax vlla fuit illis à peccatorum suorum facie, nec ofsibus eorum, antequam à diaboli laqueis resipuerunt, & ab omnibus in-

bus inquinamenti carnis & spiritus, in sanguine agni se lauerunt.

E contrario, secura mens & conscientia pura, quasi iuge D  
conuiuium. quia bonos & rectos corde, cogitationes ex- *Pro. 15.*  
cusant ab omni malitia & iniquitate: & defendunt ab ira,  
agni, & à mala auditione illa: Ite maledicti in ignem æter-  
num &c. Hinc Apostolus ait: Gloria nostra est testimoni- *Matt. 25.*  
um conscientia nostræ. Illud videlicet, quod in simpli- *2. Cor. 1.*  
citate cordis & sinceritate Dei, & non in sapientia carna-  
li quæ est inimica Deo, & legi eius non est subiecta, ne-  
que potest: sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc *Rom. 8.*  
mundo, sanctè, iustè & sine querela nos omnibus exhi-  
hendo. Hinc iterum ait: Ego in omni conscientia bona *1. Thes. 2.*  
conuersatus sum ante Deum & homines, vsque in hodi- *Act. 23.*  
ernum diem. Et in hac nos suos vult esse imitatores, di- *1. Tim. 1.*  
cens ad Timotheum & ad nos omnes: Hoc præceptum com- *1. Tim. 4.*  
mendo tibi, vt milites in via Dei, militiam bonam, & bo-  
num certamen consummes meo exemplo, habens fidem  
& bonam conscientiam.

*Vermis conscientia potest occultari, occidi non potest. Caput VI.*

**E**Rgo lex mentibus nostris inscripta, in fontes excu- *A*  
sat & accusat fontes. Et hunc censorem effugere nul-  
lus potest. Quamuis enim eousque in profundum malorum *Pro. 18.*  
nonnulli veniant, eatenus à Deo recedant & se elongent,  
quatenus arbitrum hunc spernant, & ultorem hunc dissi-  
mulent, quod gloriantur in malitia, & quod potentes sint *psal. 51.*  
iniquitate, quod lætentur cum malè faciunt, & in rebus *Pro. 2.*  
pessimis exultent, quod iactent prædicentq; peccata sua, *Esai. 3.*  
quasi Sodoma & Gomorra: Nihilominus arguit eos ma- *Hier. 3.*  
litia sua, & auersio eorum eos increpat: vt dictum est.

O 2 Ille

- Iste profectus iniquorum in peius, crescit in p̄sumptio-  
nem nequissimam, quæ est peccatum in spiritum sanctū  
aridam cooperiens nequitiam. Et non remittitur, neq; in  
hoc seculo, neq; in futuro. Per hanc p̄sumptionem (da-  
ti in reprobū sensum, conuersi in arcum prauum, sine om-  
ni timore m̄la perpetrātes, venditi sub peccato vt faciant  
mala audacter Deū prouocātes. Qui in corde suo dicūt &  
proponunt: q̄ nolūt moueri à generatione in generatio-  
nem sine malo: Nec dormire, nisi malefecerint, nec somnū  
capere, nisi subplantauerint) pollicentur sibi veniam pec-  
catorum, sine p̄nitentia & dignis p̄nitentiæ fructibus,  
& æternā beatitudinē sine obseruatione m̄datorum Dei  
& bonis operibus. Sed mentitur iniquitas sibi, fallunt se-  
metipsos, hac pessima p̄sumptione: Et p̄cludunt fi-  
bijpsis fontem abyssalis misericordiæ Dei, & ianua salutis  
æternæ. Derident in suo interitu, & subsannādi cum id  
eis contigerit quod timent. Nec exaudiendi quantumli-  
bet inclament nomen domini, & viscera misericordiæ &  
pietatis Dei, in æternum: Sed audituri, nescio vos vnde  
sitis: Discedite à me in ignem æternum omnes operarij  
iniquitatis. Istis p̄sumtuosis, dulcis est vox illa: Sola fi-  
des iustificat & saluat. Opera Deus non curat: Bona ope-  
ra, operantibus nihil profunt, mala nihil obsunt iniquē a-  
gentibus vsquequaque. Sic impij lactant impios, & recta  
via ducunt eos in puteum interitus & damnationis. Et  
populus meus (ait dominus) diligit talia. Fidē habet  
fascinatoribus istis, aures titillantibus oleum ven-  
dentibus, placentia loquentibus. Sed olim vna  
peribunt caput & cauda. At frustra his im-  
moror quia indurauerunt cor-  
da sua super adamantem  
& petram.

Lex naturæ quid sit, & quid boni operetur in mitibus  
& humilibus corde. Cap. VII.

**D**E ista lege naturæ (quæ inflexibilis rectitudo est, à **A**  
Deo mentibus nostris impressa: ab æterna lege &  
veritate, quæ Deus est, exemplata) rursus aduertendū: quòd  
unicuique boni & mali distantiam ea lex dicat & ostendit.  
Vnde frater domini de ea dicit: In mansuetudine suscipi- *Iacob. 1.*  
te insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. In  
mansuetudine (ait) verbū hoc suscipite: nam in aqua mo-  
ta, intuentis facies nō respundet, sed in tranquilla & lim-  
pida. Sic iratus animus, excandescēs & furore percitus, quòd  
ratio dicat, quid Deo placeat, quid deceat & expediat, nō  
considerat nec cognoscit: maximè, si pulueribus aut im-  
munditijs peccatorum fuerit repletus, aut velamine mali-  
ciæ & nequitiae fuerit animæ oculus obtectus. Hoc ver-  
bum dicit Diuus Iacobus insitum, quia rationis hoc lu-  
men, quæ lex est ista naturalis, ab exordio plasmationis hu-  
manæ, nobis est datum à Deo, & in animam & vires eius  
impressum: sicut si similitudo & imago diuinæ veritatis &  
bonitatis, annulo insculpta, impressa sit ceræ liquefactæ:  
Vnde dicitur lumen vultus dei super nos signatum. *Psal. 4.*  
Ex eo lumine, vt prius dixi, ratio & intellectus habet co- **B**  
gnitionē veri, ac veri & falsi discretionē: Affectus & volun- *Eesai. 7.*  
tas, amorem boni, ac reprobationem mali, & electionem  
boni; Irascibilis, mali abominationem, detestationem &  
punitionem vel reprehensionem: Nam in promptu habet *2. Cor. 10.*  
vicijs omnem inobedientiam: non solum in alijs, seu cō-  
missam ab alijs, sed etiam in seipso. Et omnis qui hoc mo- *Psal. 44.*  
do diligit iusticiam, & odit iniquitatem, declinans à ma- *Psal. 33.*  
lo & faciens bonum, in fide Iesu Christi & vera dilectio-  
ne, dubio procul, saluat animam suam, per legem istam im-  
pressam mentibus nostris. Hoc Esaias attestatur dicēs: Au- *Eesai. 51.*  
dite me, qui scitis iustum quid sit. Verum vnde hanc iusti-  
cia

**Pfal. 36.** **Eesai. 46.** **Ecci. 21.** **ciæ cognitionem habuerint, secutus explicat dicens: Lex mea, in corde eorum: Et iterum: Lex Dei eius in corde ipsius, Et iterum: Præuaricatores, redite ad cor, Et iterum: Qui timet Deum, reuertatur ad cor suum.**

**C** Hoc verbū audierunt, hanc legem fecerunt, in illo lumine ambulauerūt sancti qui deo placuerūt ab initio: nēpe, Abel innocens, Enoch qui ambulauit cū deo, Noe iustus, Melchisedec sacerdos dei sanctus, Abraham dei amicus, Isaac electus, Iacobus perfectus, Iob patiens, Naaman ad Deū conuersus, cū alijs, qui cōuersi sunt ab idolis vanis ad deum verū: Qui oēs per fidem vicerunt regna, operati sunt iusticiam quā lex ista docet, & adepti sunt repromissiones. Nam, accedentem ad deū, vt illuminetur per fidem & lumen gloriæ, credere oportet, quia est, & q̄ bonorum laborum remunerator est, **Hebr. 11.** Ista lex dicat, quod tibi nō vis fieri, alter ne feceris: Et, omnia quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Ex illis duabus sententijs, dilectio dei oritur, & proximorum, in quibus duobus mandatis, tota lex pendet & propheta.

*Legem naturæ omnes habent. Cap. VIII.*

**A** Hanc legem naturæ, & lumē vultus dei super nos signatū, dum simplices filij dei & pusillus grex idiotæ, rustici, pastores animalium, & alij, labores manuum suarum manducantes in sudore vultus sui, sequuntur & faciunt sine defectione, quamuis literaturam non didicerint per studij exercitium, nec literas cognoscant: Nihilominus per exercitium virtutum continuum, orationum instantiam, vnctionem quam habent à sancto spiritu, & cordis munditiam, super senes & omnes prudentes secundum carnem, intelligunt quæ sit voluntas dei bona, beneplacens & perfecta. Et in prudentia spiritus & iustorum (quæ est vita euangelica, virtutum studiosa & Christiformis,

**Gene. 3.**

**1. Ioan. 2.**

**Pfal. 118.**

mis, & pax conscientiae in hac vita) omnes excedunt tum  
 senes & se docetes, tum inimicos suos vniuersos. Ad istam  
 prudentiam iustorum, Ioannes baptista tum factis, tum ver-  
 bis incredulos conuertit: Sed & lux vera Christus Iesus *Luc. 1.*  
 (dum lumen hoc per abundantiam maliciae obtenebratum,  
 & lex ista erat oblitterata in mentibus hominum, & omnes *psal. 13.*  
 declinauerunt ab ea, & simul inutiles facti erant, ac non *psal. 52.*  
 erat amplius qui faceret bonum vsq; ad vnum) in mundum *Rom. 3.*  
 venit, & omnem hominem per maliciam excacatum, rur- *Sap. 3.*  
 sus exemplo suo & euangelio illuminauit: Hoc precaba-  
 tur qui dixit: Tu illumina lucernam meam: Deus meus il- *psal. 17.*  
 lumina tenebras meas. Et iterum: Illumina oculos meos, *psal. 12.*  
 ne vnquam obdormiam in morte peccatorum. Et iterum: De- *psal. 66.*  
 us misereatur nostri & benedicat nobis: quia pater est mi-  
 sericordiarum: & patris est, filios benedictionibus cumu-  
 lare. Filius vero, qui splendor est gloriae paternae, & figura *Heb. 1.*  
 substantiae eius, illuminet vultum suum super nos, ac in  
 eandem imaginem suam nos transformet, a claritate in cla-  
 ritate: Vt lux efficiamur in domino, qui tenebrae eramus, *2. Cor. 3.*  
 & in lumine illius vt filij lucis ambulemus: Et cognosca- *Eph. 5.*  
 mus in terra viam eius. Et spiritus sanctus, qui charitas est,  
 bonitas abyssalis & benignus, misereatur nostri, omnia de-  
 bita nobis remittendo: & per vias rectas ad caelum dedu- *Matt. 18.*  
 cendo. Et iterum: Faciem tuam illumina super seruum tuum, *psal. 118.*  
 & doce me praecipua tua. Hoc modo dominus illuminat caecos,  
 etiam illos, qui ignorant se esse caecos, sed dicunt se videre, *psal. 145.*  
 cum per maliciam prorsus sint excacati. Et iterum: Illustra *Ioan. 9.*  
 faciem tuam super seruum tuum: saluum me fac in miseri- *psal. 30.*  
 cordia tua, domine non confundar, quoniam inuocaui te.  
 Hoc lumen sine delectu bonis & malis lucet & communi- *B.*  
 catur. In eo multas veritates vident & cognoscunt etiam te- *Ioan. 3.*  
 nebrae ipsae, maximi peccatores: qui tenebras magis amant  
 quam lucem: eorum male agunt, Impij namque crebro aeternita-



tem cogitant, multa rectè reprehendunt, quæ nihilominus ipsi faciunt: rectè item laudant in hominum moribus, quæ ipsi operari & negligunt & nolunt. Et crebrò, in ea luce, homines acrimonia ingenij præditi, eas virtutes videt; (quâuis in tenebris ipsi ambulent & scateant vicij) quas non vident boni. Hinc est, quod crudelissimi tyranni, reges impijssimi, iudices iniquissimi, leges bonas, iustas & sanctas multas sanxerunt, quamuis lucem hanc opere & veritate non compræhenderunt: quæ tamen in tenebris, hoc est, peccatoribus lucet.

**C** Ex ista lege et lumine, leges Imperatorum optimè ortum habent: Iura item diuersa et plebiscita. Ex eo lumine, prætores rusticorum, iudices terræ, consulares viri, legum humanarum et sacre scripturæ ignari verissimas leges et sententias deducunt et concludunt.

Falissimè ergo causantur tenebrarum filij in inferno, dicentes: quod lumen iustitiæ non luxit eis, et sol intelligentiæ illis non sit ortus. Luxit illis, sed ipsi rebelles lumini fuerunt, et peccatorum tenebras magis dilexerunt, quam huius lucis ducatum: Et ideo sicut sine lege Mosis peccauerunt (quamuis sine hac lege naturæ non essent) sic etiam sine lege Mosis perierunt, et damnati sunt. Non, quod legis Mosis præuaricatores fuerunt, quam gentes non acceperunt; sed quia legis naturalis transgressores extiterunt: quæ obligat omnem hominem in hunc mundum venientem, omni loco et tempore, ad obseruationem sui. Isto modo Deus voluntatem suam bonam ab initio mundi notam fecit. Et qui hanc legem seruauit aut seruauerunt, eos Deus nunquam deserit aut derelinquit. Nam aut ipse eis quæ fidei et salutis sunt reuelat: aut ad hoc angelos, aut homines sanctos mittit: vt in Cornelio cernere est, et in eunucho potente Candaces reginæ Ethiopiæ.

Sap. 5.

Iob 24.

Ioan. 3.

Rom. 2.

Psal. 147.

Act. 10.

Act. 8.

Verbum

Verbum Dei scriptum est in libro conscientia, quasi primo libro. Cap. IX.

**I**ste est liber primus, in quo Deus verbum suū scripsit: A nempe, mens & anima hominis: cuius qui documenta sciunt & faciunt, perueniunt ad vitam: Qui nesciunt, siue ignorant, ignorabuntur, quando dicetur eis: Nescio vos, & vltimicibus gehennæ incendijs deputabuntur.

Verbum Dei scriptum est in corpore nostro dilucissimè. Cap. X.

**V**erum, ne hic malitiosi excusationes in suis peccatis obtrudere possent, & dicere: Crassioris Minerue sumus & carnales. In libro isto legere, & quæ agenda & quæ vitanda sunt, cognoscere nō valemus: Ideo Deus, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem sui nominis peruenire, etiam huic scandalo medicatus est: Et legem suam totam, omne voluntatis suæ beneplacitum, omnē item paræneticam doctrinam sancti euangelij expresse, visibiliter & sensibiliter, impressit, insculpsit & scripsit in homine nostro exteriore, & in carnis mēbris nostris. Idq; manifestius & clarius, quā olim decalogum in tabulis lapideis digite suo figurauit. Sed beatus qui intelligit: Sic homo est liber vitæ, Liber legis & mandatorum Dei, scriptus intus & foris, non atramento aut colore minio, sed digito Dei viui. Ergo, cum quæris, quid me oportet facere vt saluus fiam? In promptu responsio est: Serua mandata, & quæ tibi Deus præcepit. Si quæris vltra: quæ sint illa? Respondeo: Considera temetipsum. Nam cognitio vera sui, est maxima sapientia salutis. Sunt enim multi scientia inflati: sciunt multa, & seipfos ignorant. Quorum sapientia, tanto est à salute elongatior, quanto à propria cognitione remotior. Verum, quomodo Deus omnem euangelicam & salutis doctrinam in nostro exteriore homine descripserit,

A 140.

1. Tim. 2.

Exod. 32.

34.

Ezech. 2.

Luc. 10.

Matt. 19.

Galat. 6.

1. Cor. 8.

rit,

rit, hic non possum prosequi, quia ipsa prolixitas obstat. Sed in milite meo Christiano latè hæc retexui; cui placet, legat ibidem. Nihilominus, ne sicco calamo tam necessariam salutis doctrinam transisse arguar, breuissimè, & quasi per transfennam hanc ostendam, & summis labijs extremisq; digitis eam tangam.

Multi dicunt, quis ostendet nobis bona quæ nos facere oportet, vt habeamus vitam æternam? Et mox respondet: Signatum est super nos lumen vultus Dei; non solum in anima, quæ ad imaginem & similitudinem Dei est cæcata, sed etiã lumen legis incorruptum, signatum est in nostro homine exteriore: Et cum te perfectè cognoscis, intelligis & vides præcepta dei, in tuis membris descripta. Serua igitur mandata, dixit Christus, vni & alteri, & tunc habebis vitam æternam; intrabis in gaudium domini tui: beatus es in facto tuo, & bene tibi erit, super omnia bona domini tui constitueris. Sic ergo indicabo tibi ô homo, ait propheta, quid sit bonũ, & quid dominus requirat de te: Nempe, visitare speciem tuam, & tunc non peccabis. Imò, facies bonitatem, fructificabis in omni opere bono, placebis omnibus hominibus in bono. Hinc apostolus Iohannes ait: Videte vösmetipsos; Et ex hoc cognoscetis, bonum eligere, amare & facere: & reprobare, fugere & execrari, malum. Abeant parerga, ac rem ipsam de qua locutus sum, tangam.

*Declaratur, quomodo uerbum Dei in corpore nostro sit descriptum. Cap. XI.*

**A** **P** **R**incipio, cum factus sis à Deo, & ad Deum redire debeas, cum tibi mortis somnum dederit, vt nunquam non memor sis abundantie suauitatis & dilectionis diuinæ tibi exhibitæ: sicut ceruus desiderat ad fontes aquarũ, simili & multo maiori desiderio desiderare debes redire

ad Deū: & apparere ante faciem Dei. Ideo rectam tibi sta- Col. 4.  
 turā Deus dedit, os & caput sublime, vt ex hoc discas, quæ  
 sursum suat quærere, vbi Christus est in dextera Dei se-  
 dens: Quæ sursum sunt sapere, non quæ super terram. Vt Phil. 1.  
 semper cupias dissolui & esse cum Christo; Et semper ora- Cant. 1.  
 re: Trahe me post te; Educ de custodia animam meā, quia Psal. 141.  
 tædet animam meam vitæ meæ: Aduena hîc sum & pere- Iob 10.  
 grinus, sicut & omnes patres mei. Psal. 38.

Docet ergo hæc corporis rectitudo, illuminatis oculis B.  
 cordis ad cælum leuatis attendere, quæ sit spes vocatio- Ephc. 1.  
 nis nostræ, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis Dei in san- Col. 1.  
 ctis. Per spem enim iam salui sumus, & confidemus cum Rom. 8.  
 Christo in cælestibus. Ephe. 2.

Recta est corporis nostri & ad cælestia erecta dispositio, C  
 vt rectum animū & intentionem rectam (qui oculus ani- Matt. 6.  
 mæ nostræ est) semper habeamus ad Deū. Recti em̄ diligūt Luc. 12.  
 eum. Pudeat pròinde, curuum animum in recto corpore Cant. 1.  
 portare. Recti diligunt te. Recti aut̄ sunt, qui fide catholi-  
 ci, & opere iusti sunt. Non em̄ sola fides rectū facit: quia fi-  
 des sine operibus, mortua est. Nec opus bonū sine fide re- Iacob. 2.  
 ctum facit, quia sine fide impossibile est placere deo. Vel, Hebr. 11.  
 rectum est, cuius media non exeunt ab extremis. Extrema  
 nostra sunt, principium & finis. Illi ergo recti sunt, qui in  
 suis operibus bonis, Deum & Christum Iesum qui est Al-  
 pha & ω habent principium & finem. Tales nec per amo-  
 rem ad dexteram, nec per odium exeunt ad sinistram ab  
 illo. Quia in dextera prosperitatis, nulla impia designant:  
 nec in sinistra, franguntur mole calamitatum et tribula-  
 tionum.

Ad hæc, homo paruus nascitur, infirmus, ignarus & nu- D  
 dus. Verum, cum tempore, necessitatibus istis opportunis Sap. 7.  
 medijs consultit. Sic nos paruuli sumus in conuersionis Matt. 13.  
 initio: sed cum puero Iesu proficere nos oportet sapientia Cant. 8.  
 P 2 & sta-Ro. 14. 15.

**Luc. 2.** & ætate & gratia apud Deum & homines semper. Et sicut in corpore, viribus, sic in anima virtutibus augefcere debemus de die in diem, & proficere in gratia: ita vt profectus noster, notus fit omnibus.

**1. Tim. 4.**

**E** Mæror magnus parentibus est, si proles non crescunt in corpore, sed in eodem statu permanent: Nec incrementa in ratione accipiunt secundū boni & mali discretionē.

**Psal. 38.**

**1. Cor. 13.**

**Esa. 65.**

Sic nos vicem illorum dolore debemus ex corde, qui non erunt de virtute in virtutem: Neque euacuant ea quæ sunt paruulorum: Neque crescunt in gratia: sed sunt & manent pueri centum annorum maledicti.

**Eccī 10.**

**Matt. 23.**

**F** In corpore caput super omnes alios sensus est, & alia omnia membra moderatur. Sic in medio fratrum, rector eorum in honore esse debet, primum locum in accubitu habere: & subditos regere secundum verbum & consilium Dei. Et si caput insanit, si deforme est & infirmum, omnia membra grauat, abominabilia reddit, & infirma, & doloribus plena. Sic quoq; dum pastor per abrupta graditur, & pater familiās non ambulat in lege domini, tunc omnes subditi ad deteriora prouocantur.

**Rom. 12.**

**Ephe. 4.**

**1. Cor. 12.**

**G** Omnia etiam membra, proportionabiliter crescunt: Hoc signante spiritu sancto, q̄ nos qui sumus in inuicem membra in corpore Christi (quod est ecclesia) crescere debemus, & augmentum sumere secundum mēsuram donationis Christi, sicut ille gratiam impartitur in vniuscuiusq; membra debitum augmentū. Nam sicut maximam deformitatem in corpore naturali facit, indebita vel paruitas, vel magnitudo, vel breuitas vel longitudo, vel mala valetudo membri vnius, sic etiam est in omni bono regimine, regno, ordine, & politica malicia hominis vnius. De

**Leuit. 21.**

his vide in Leuitico et diuum Gregorium in pastoralis parte prima cap. 11. Deformitas magna est cæcitas in corpore, maior in corde: Claudicatio pedum: sed multo dam-

nabi.

nabiliōr affectuum: Magnitudo, aut paruitas aut tortuositas. nasus, &c. Vide Gregorium.

*Facies hominis quid significat.*

Caput XII.

**A**D hęc considera, quàm mirabilis facta sit scientia Dei ex nobis confortata, adeo ut vix possimus ad eam: id maximè in facie nostra. Nam nasus linealiter descendens, cum linea genæ, orbiculariter, facit litteram h. Oculus iuxta eum, o. & hoc quo ad vtramq; partem faciei. Supercilium super vtrumq; oculum, titellum signat. Et sic nasus, cum linea genæ faciens litteram h, & oculus o, & supercilium, titellum, simul reddunt hanc dictionē, homo: Auris sinistra, formata est quasi d, auris vero dextra, quasi e, linea sub naso, i. Et sic resultat ex aure vtraq; & linea sub naso, hęc dicitio Dei, videlicet plasmatio & factura. Verum lingua & loquela quare sunt data homini? Nisi ut os nostrum laude Dei repleatur, & omnis lingua confiteatur & laudem dicat Deo. Ut sic benedicamus dominum in omni tempore, & laus eius semper sit in ore nostro. Væ illis, qui linguas suas acunt ut serpētes: & quorum lingua plena est veneno mortifero. Væ illis, qui oculos plenos habēt adulterij. Vel qui inuitu suo per inuidiam alios occidūt: væ illis, qui dentibus fremunt, & latrant ut canes, atq; dirūpunt. Qui manibus occidunt, ut lupi rapaces & leones rugientes. Qui dolos in corde moliuntur ut vulpes: Isti nullū in se vestigium hominis habent nisi formam. Signum ergo posuit Deus in faciem nostram, ut nullum præter eum amatorem admittamus.

Hęc de spe nostra dicta sunt, et omnis qui habet hanc spem vitæ æternæ, utique seipsum sanctificat, sicut & Deus sanctus est, iuxta illud: Et non derelinquet omnes qui sperant in eo. Et iterum: Spera in Deo & fac bonitatem.

A  
Psal. 138.

Ephe. 2.  
Deut. 32.  
Psal. 70.  
Psal. 33.  
Psal. 139.  
Iacob. 5.  
2. Pet. 2.  
Galat. 6.

1. Ioan. 3.  
A  
Psal. 33.  
Psal. 36.

Charitas Dei & proximi quomodo descripta sit in mem-  
bris nostris Caput XIII.

**A** VERUM, quia charitas: finis, plenitudo, instauratio & summa est totius legis diuinæ, charitas aut in omnibus seruanda est quæ videmus, audimus, odoramus, loquimur, & operamur, hæc autem in duobus præceptis pædet, nēpe in dilectione Dei & proximi. Vt igitur in omnibus quæ vides, audis, odoras, loqueris & facis, charitatem Dei & dilectionē proximi q̄ras, serues & promoueas, sensus & ferè omnia tibi membra duplicauit Deus. Dedit enim duas aures, duos oculos, duas nares, duo labia, duas manus, duos pedes &c. Vera autem dilectio, vacua non est nec otiosa, sed legem Dei custodit & opere implet, Lex autem Dei & charitas in decem preceptis explicatur & seruatur: Totidem quoq; tibi Deus dedit digitos in manibus & pedibus. In pedibus quidē, vt ambules in lege domini, & viam mādatorum eius curras sine offendiculo. In manibus verò, vt salutem tuam cum metu & tremore studeas operari. Quia qui habet mandata Dei, & facit ea, ille est qui diligit Deū. Quo contrā: Qui dicit se nosse Deum per fidem, & esse in Deo per dilectionem, & mandata eius non custodit, mendax est. Hoc ergo fac, & viues, & accipies coronam vitæ quam Deus diligentibus se præparauit. Quia beati omnes, pusilli & magni, qui timent dominum: & ambulant in vijs eius.

Fides uera, uiua & operans, quomodo scripta sit in manibus nostris. caput XIII.

**A** ST & fidem, sine qua nemo placere Deo potest, tibi ob oculos posuit: quomodo, & qd sit credendum exprimens, & hoc in manibus tuis. In manibus namq; per quas operatio significatur, fidem & eius articulos deus descri-

scripsit, vt fidem habeas, que per charitatem operatur bonitatem. Nam fides sine bonis operibus, inanis & mortua est. Si autem credis & es baptizatus, & cū hoc iniquè agis vsquequaque, altas omni viæ non bonæ, peccas sine omni timore, facis peccatum super peccatum, tunc fides tua diabolica est, reproborum est, & eorum qui venditi sunt sub peccato vt faciant mala: Nec sortem inter electos in lumine, sed inter impios partem accipies in tenebris exterioribus, in terra tenebrosa, & operta mortis caligine, vbi umbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. In manibus inquam fides descripta est, vt facias sine intermissione quicquid fides per verbum. De te docet facere & seruare. Vt per fidem sis innocens manibus & mundo corde, & operans quod bonum est & acceptum ante Deum, declinando à malo, & faciendo bonum: Vt in omni loco & tempore, puras manus ad Deum leuare possis in oratione: sicut per fidem Iesu Christi, mundus es corde, frustra proinde gloriantur in fide sua (sicut Iudæi in sua circumcissione, quando legem non seruabant) in quorum manibus iniquitates sunt. Vel qui eas abscondunt sub ascella sua, & salutem suam cum eis operari detrectant. Non est illa fides vera, iustificans & saluans, sed falsa, sed mortua, sed inanis, sed vana, sed reproborum, sed damnans, sicut serui illius pigri, inutilis & mali, qui talentum suum non posuerat ad vsuram: & illorum qui misericordiæ opera non fecerant, & virginum stultarum, quæ oleum in lapidibus non habuerant. De istis non legimus quòd vlla peccata fecerunt. Imò virgines stultæ etiam in multis laudantur. & si illi dānantur qui in fide declinant à malo sed non faciunt opera bona, vt seruus piger: & immisericordes: Vel opera bona quæ faciunt, nō faciunt in charitate, vt virgines stultæ: & ille qui sine nuptiali veste ad nuptias intrauerat, vbi tunc parebunt impij, qui faciunt pecca-

Iacob. 2.

3. Reg. 22.

Rom. 7.

Col. 3.

Iob 10.

1. Tim. 2.

Psal. 33.

1 Tim. 2.

Act. 15.

Rom. 7.

Psal. 25.

Prou. 19.

26.

1. Cor. 13.

Matt. 25.

Luc. 19.

Matt. 22.

2. Pet. 3.



**Lac. 18.** peccatum super peccatum, et nec Deum timēt, nec homines reuerentur.

**Rom. 6.** Eorum fides est sicut falsa moneta, quam qui fabricant sunt filij mortis, & cum ea negociantes & populum decipientes cum eis qui eas faciunt sunt in eadem damnatione. Nam finis illorum mors est & interitus, secundum opera illorum. Hęc transfigura in eos, qui solam otiosam, inane fidem docent, & habent & iactant.

*Fides uana & inanis pulchrè assimilatur.*

*Caput XV.*

**F**ides illa uana est & inutilis, similis aut vilior puerorum equis, gladijs & denarijs. Nam puerilis simplicitas ad lusum propensissima, baculos pro equis & gladijs colligit. Vel equos & gladios ex ligno scindunt vel ex luto fingunt, & nonnunquam coloribus pingunt et sinopide. Ex rapis denarios et monetam diuersi generis scindunt, et lusu suo aptant: At, vani sunt equi et gladij puerorum in necessitate: similiter ad nihil vtilis denarij eorum in negociatione. Quousque paruuli sensibus, et malitia perfecti eritis, o paruuli et pueri centum annorum maledicti? **1. Cor. 13.** An nondum tempus est, relinquendi infantiam, et euacuandi ea quæ sunt paruulorum? Fides mortua est sicut manus arida, et arbor sterilis ac infructuosa, cui ignis debetur et securis **Luc. 13, Matth. 3.** Proh scelus, viri sexaginta annorum, adhuc cum pueris diligunt vanitatem, et sibi in sua mortua, uana et inutili fide complacēt. Et querunt mendacium dicendo: se cum fide ista sua mortua et multis peccatis obnoxia maculata, et falsificata, velle saluari. Et hoc mendacium ponunt spem suam: et isto se protegunt, vt dicit Esaias. Sed fallitis vosmetipsos, ait apostolus, quia grando mortis et tribulationum omne genus, quod tunc peccatoribus imminebit, et timor iudicij & cor-

**Esa. 28.**

**Gal. 6.**

& conscientia accusans et testificans subuertet spem mendacij, & protectionem vestrâ falsam, qua putatis vos tenebras non visuros, & impetu aquarum inundantium non oppressum iri. Quia dominus educet in veritate iudiciû, & inficias, & iustè iudicabit, & dabit vnicuiq; secundum opera sua.

*Numerus articulorum fidei est in manibus digestus.*

Caput XVI.

**I**N manibus (dixi) fidem deliniauit tibi deus. Nam quot articulos habes in vna manu. Nempe 12. tot sunt articuli fidei, quos te credere oportet. Et sicut, digiti sine pollice parum profunt, operas egregias & principales exequi nequeunt, sic fides sine charitate (quæ per pollicem designatur, eò quòd sicut in pollice duo articuli sunt, sic duo sunt præcepta charitatis, in quibus, vt Apostolus dicit, oportet nos omnia opera nostra facere, si Deo placere debent, minus quiddâ est, & non sufficit ad salutem. Nâ si quis oem fidem habet, charitatem verò non habet, nihil est: Et bona quæ extra charitatē fiunt, operanti nihil profunt ad salutem. Vtinam hæc, in sua inani & mortua fide confidentes & frustra sperantes, intelligerent & sciperent, dubio procul, absq; mora vincula sua dirumperent, apprehenderēt disciplinam, ambularent in vijs iusticiæ, quod bonum est facerent, ac nouissima sua prouiderent, atq; in æternū non peccarēt. Quod est manus arida vel apoplexia tacta in corpore, hoc est fides otiosa in anima.

In vtraq; manu, fidei articulos 12. cū duobus præceptis charitatis deus tibi descripsit, insculpsit & impressit, vt memor semper sis: quòd fidem semper confiteri, & charitatē semper seruare debes, tam in tēpore prosperitatis & consolationis, quod per dexterâ quàm aduersitatis, persecutiōis, calamitatis & infirmitatis, quod significat per læuâ vt fidē tuâ nunquā mutes ab eo, & nulla tribulatio aut

angu-

Iob. 22.

Esai. 42.

Matt. 16.

Apoc. 22.

1. Cor. 16.

1. Cor. 13.

Deut. 32.

Psal. 2.

Rom. 13.

Ecci 7.

Rom. 8.

- angustia, aut fames, aut nuditas, aut periculū, aut perfectio, aut gladius te separare possit à charitate Christi: Vt dilectio tua fortis sit vt mors, & æmulatio tua dura sicut infirmus: Aded vt omnes aquæ populorum iniustè te persequentium, charitatem tuam nō possint extinguere, aquæ enim multæ, populi multi sunt. Nec omnia flumina, hoc est mundi carnis & diaboli aduersa, eam possunt abruere.
- Cant. 8.** Multi Christū sequuntur, & diligunt, dum pascit eos in deserto, sanat ab infirmitatibus, ditat diuitijs, honores eis tribuit, abundare eos prolibus facit, vallat eorum substantiam, & eunctis operibus manuum eorū benedicit, cuncta eis ex animi sententia tribuit. Tunc sequuntur eum quocunq; ierit: Ecce in prosperitate & dextera, volūt cum eo in carcerem & in mortem ire, sed si paululum manum extenderit, & os eorum aut carnem, vel quæ possident tetigerit, deficiunt, conturbantur, & in faciem ei benedicunt.
- Apo. 17.** In periculis fugæ præsidium arripiunt, relinquunt eum solū. Negant eum coram omnibus per mala opera. Iam cū ipso amplius non ambulant. At charitas patiens est, omnia suffert, omnia sustinet, nunquam excidit. Bona accipit de manu domini cum gratiarum actione, mala verò sustinet in patientia & humilitate: Qui facit hæc, non monebitur in æternum.
- Iob 1.** Videte ergo vosmetipsos: quia visitando speciem vestrā, non peccabitis aliquando. Sic homo est liber mandatorum Dei, & lex quæ in æternum manet. Omnes qui tenent eam, perueniunt ad vitam æternam: qui autem derelinquunt eam, perueniunt ad mortem.
- 1. Cor. 13.**
- Iob 1.**
- In 2. Ioan.**
- Iob. 5.**
- Baruch 4.**

De secundo libro Dei scripto, qui est totus mundus.

Caput XVII.

**A** Secundus liber, quem exuperans Dei bonitas ab initio scripsit, & ad voluntatis suæ cognitionem nobis oculos posuit, magna est mundi machina, & vastus iste mundus.

Deus cum omnibus creaturis suis & rebus. A magnitudine Sap. 13.  
 enim speciei creaturarum, cognoscibiliter potest creator  
 harum videri. Nam teste apostolo, quod notū est Dei, gen  
 tium sapientibus manifestum fuit, Deus enim illis manife Rom. 2  
 stauit. Modum huius etiam edisserit, dicens: Inuisibilia e-  
 nim ipsius Dei, à creatura mundi (hoc est, ab homine) per  
 ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur: Sèp eterna quo  
 que eius virtus & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles. Do-  
 cent planè nos, omnes & singulæ creaturæ, Deum cogno-  
 scere, & quæ beneplacita ei sunt facere: Ipsum diligere, &  
 ab eius offensione, omnimodis & pro summa virili nostra,  
 abstinere. Docent hæc inquam, non linguis oris, quas mul-  
 tæ non habent, vel si habent, verba effari eis non possunt,  
 sed suis naturalibus proprietatibus quibus eos dignata est  
 benignitas creatoris. Istitis docent nos, iustè, sanctè & piè vi Tit. 2  
 uere, virtutibus operam dare, à vitijs atq; peccatis abstinere,  
 Deo gratias sine intermissione agere, in sanctitate & iu- Luc. 1.  
 sticia ei seruire, à iudicijs eius timere: quoniam non volēs Psal. 5.  
 iniquitatem, Deus ipse est. Hinc scriptum est. Interroga Iob. 12.  
 iumenta & docebunt te, volatilia cæli, & indicabunt tibi.  
 Loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabunt pisces ma-  
 ris quod te oporteat facere, vt saluus fias. Et alibi: Vade ad Prov. 6.  
 formicam piger, & consydera vias eius, & discite sapientiã:  
 Quæ cum non habeat ducè, nec præceptorè, parat in æsta-  
 te cibū sibi vt cōgregat in messe quod cōmedat in hyeme.

Cur philosophi ad perfectam ueritatis cognitionem  
 non peruenerunt. Caput XVIII.

SI instas ulterius, quærendo cur philosophi & mundi sa A  
 pientes, rerum naturalium cognitione pleni virtuti- Esai. 9.  
 bus moralibus mirabiliter adornati, & totus ferme mun- Matt. 4.  
 dus in tenebris fuit, Deum non cognouit, in tenebris am- Ioan. 1.  
 bulauit, errauit, & viam ciuitatis habitaculi non inuenit Psal. 196.

Q 2 iuxta

**Act. 14.** iuxta illud apostoli: Deus in præteritis generationibus, di-  
**Psal. 67.** misit omnes gentes ingredi vias suas malas, cum sit Deus  
**Sap. 11.** saluos faciendi, & omnium misereatur, eò quòd animas di-  
**Luc. 9.** ligit? Et nõ sit volútas eius, quòd pereat vnus pusillus? Ex  
 creaturis namq; Deum & voluntatem eius cognouerunt.  
 Hunc Gordij nodum apostolus gentiũ Doctor in fide &  
 veritate dissoluit dicens: hoc factum esse eò quòd legẽ na-  
**Rom. 2.** turalem transgrediebantur: quæ docet Deũ, diligere & co-  
**Rom. 1.** lere. At illi cum Deum cognouissent per legẽ naturalẽ &  
 creaturas, nõ sicut Deũ glorificauerunt, neq; gratias ege-  
 rũt, sed euanuerũt in cogitationibus suis vanis & timidis:  
 & ideo obscuratũ est inspiens cor eorum. Dicentes enim  
 se sapientes esse, stulti facti sunt. Quid enim tam stultum  
 est, quàm creaturæ potius seruire, quàm creatori? Tum q̃  
 creaturis, ex quibus quasi in quibusdã scalis in Deum de-  
 buerunt ascẽdere, & habere in adiutorium salutis, vñ sunt  
**Sap. 14.** ad iniuriam creatoris: & casum erroris: sicut scriptum est:  
 Creature Dei in odium factæ sunt, & in tentationẽ animæ  
 hominum, vt in muscipulam pedibus insipientium. Initi-  
 um enim fornicationis, idest idololatriæ, est exquisitio i-  
 dolorum, & adinuentio illorum, corruptio vitæ morũ &  
 totius est honesti & boni. Quàm verò abundẽ perspicueq;  
 tum credenda, tum agenda ex creaturis possunt intelligi,  
 affatim in theologia naturali, tum in symbolica, tum in to-  
 ta sacra scriptura ostenditur. Nam in sacra scriptura, mul-  
 ta milia argumentorum & salutaria documenta, ex libro  
 creaturarum desumpta sunt.

Post casum, mox Deus hominem consolatus est per mediatoris  
 & redemptoris promissionem. Caput XIX.

**A**ET ne vllus præuaricatoribus protoplastis desperãdi  
 locus esset, aut errãdi in fide: mox post casum, exube-  
 rans Dei benignitas, ipsis cõsolationẽ promisit redẽptoris  
 omni-

omnium q̄ ipsos vindicaret de inimicorū manibus, & redimeret de oibus iniquitatibus eorū: Deleret item mortis cyrographū, & diabolum traduceret triumpharetq; in semetipso. Inimicitias, inquit ad serpentem, qui matrē cūctorum viuentium seduxit in prauaricationē, ponam in te & mulierem: Inter semen tuum & semen illius. Ipsa conteret caput tuum: vel, vt alij legunt: Ipse conteret & Ipsa hoc fecit, inchoando, ipse salutem nostram operando in medio terræ, & consummando. Ipsa consensum dando verbis angeli Gabrielis, ipse, patri obediendo vsq; ad mortem turpissimam crucis. Fides autem ista & spes (quæ nō confundit, quamuis afflixerit animas electorum dum differabatur) mediatoris dei & hominum, filijs per narrationem parentum à progenie in progenies manifestata fuit. Qui dum longo viuentes tempore pondus diei & ætus portarent, multis generationibus promissam dei misericordiam potuerunt reuelare, vt ponerent in Deum spem suam.

Gene. 3.

Psal. 129.

Col. 2.

1. Tim. 2.

Gen. 3.

Psal. 73.

Luc. 1.

Phil. 2.

Rom. 5.

Esal. 77.

Deut. 32.

Psal. 77.

*Euangelion primum hoc fuit, Cap. XX.*

**O** viscera misericordiæ. O abyssus bonitatis. O ineffabilis dilectio charitatis dei nostri: Qui in ira sua nō potuit continere misericordias suas. Verè, tu es suavis in misericordia & mitis: præstabilis super malitia, et multus ad ignoscendum. Mox namq; vt homo te offendit, seductorem cōdigno multasti supplicio, & decepto homini (quamuis suum meruerat exterminium, & æternæ mortis supplicium) tam benignè fecisti in bona voluntate tua, q̄ vindicatoris ei pmisisti beneficium. Hoc primum fuit euangelium, omni consolatione plenum, & omni acceptance dignissimum. Ipsa, vel ipse, conteret caput tuum. Ipse domum tuam intrabit, te vincet & vinciet, arma tua diripiet et spolia distribuet, teque foras eijciet. In verbo, isto,

A

Psal. 76.

Psal. 85.

Gen. 3.

Psal. 50.

1. Tim. 1.

Matt. 12.

Luc. 11.

Ioan. 12.

Q 3 tardo

Galat. 3.

cardo fidei nostre sita est & breuibus comprehensa. Is scopus est totius euangelicæ doctrinæ. Et quid aliud lex, pedagogus noster in Christum: Quid psalmi: quid propheta aliud promittunt, quàm huius promissionis impletionem perficiendam per Christum? Vnde huius promissionis resolutio, est fidei nostre declaratio, & euangelij ab euangelistis descripti comprehensio.

Arcano alloquio Deus hominem consolatus est  
ab initio. Cap. XXI.

**A**ddidit benignitas diuina & alios modos, quibus circumuentum hominē in benedictionibus dulcedinis præuenit & mœstum demulsit, & lapsum erexit in spem, nepe, arcano alloquio mentis interno. De quo Dauid ait: Audiam quid loquatur in me dominus deus: quoniam loquetur pacem suam in plebem suam. Illam pacem, quæ exuperat om̄em sensum: quæ est Christus Iesus omnia pacificans, siue quæ in cælis, siue quæ sunt in terris. Et alibi: Ducam eam in solitudinē, & ibi loquar ad cor eius. Hoc est verbum absconditum & vena fufurrij eius quod quasi furtiuę suscipit auris illius, qui patrē orat in abscondito, clauso super se sensuum externorum ostio. Hoc modo, Deus misericors & miserator, semper ad corda loquitur, semper clamat, Reuerte, Reuerte sinamitis. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis. Et iterum: Conuertimini ad correptionem meam: Quousque paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ noxia sunt cupitis? Quicumque sic spiritu Dei aguntur, illuminantur, reguntur, & instinctus eius sequuntur habenas: hi filij Dei, uasa in honorem & misericordiæ, ciues sanctorum sunt & domestici Dei. At, multi dum vocem pulsantis spiritus sancti, ad ostium cordis audiunt, & inuitantis amici, ob-

durant corda sua, sicut serpens, quæ non vult audire vo-  
 cem incantantis. Continent aures suas, resistunt spiritui- **Act. 7.**  
 sancto, De quibus Hieremias ait: Cui loquar, & quem cõ- **Hiere. 6.**  
 testabor. Ecce incircuncisæ aures eorum, & audire non **Ps. 8.**  
 possunt. Quia nolunt intelligere vt bene agant, vt à dia- **Psal. 35.**  
 boli laqueis respiscant, vt ambulent in lege Dei. Ideo  
 verbum domini, quo spiritus sanctus vel ad cor eorum lo-  
 quitur, vel foris eos reuocat, fit eis in opprobrium & de- **Hiere. 6.**  
 risum, & non suscipiunt illud: Nolunt audire, scire & vi- **Hier. 2.**  
 dere, quod malum est, & amarum, reliquisse eos domi-  
 num Deum suum, & non esse timorem illius apud eos.  
 Ad hos apostolus ait: Spiritum sanctum nolite extingue- **1. The. 5.**  
 re. Spiritum sanctum extinguunt, qui ignem amoris di-  
 uini, quem in corda electorum diffundit, per peccata in **Rom. 5.**  
 nihilum redigunt: Vel per dilectionem mali, à se exclu- **Mich. 3.**  
 dunt, & expediunt ne in corda eorum infundatur: Vel  
 spiritum sanctum extinguunt, qui eius instinctus ad bo-  
 num, contemnunt, & facere recusant. Hoc modo, spiritui  
 gratiæ contumeliam faciunt. Et spiritum sanctum contri- **Heb. 10.**  
 stant, in quo signati sunt in die redemptionis siue regene- **Ephe. 4.**  
 rationis suæ. **2. Corinth. 1. & 5.**

Super hæc, & angelorum affatu, ab initio, creberri- **B**  
 mè consolatus est afflictos, & docuit ignaros, quæ erat vo-  
 luntas sua, vt facerent eam. Nam apparitiones domini, **Act. 7.**  
 quas multas legimus patribus factas, in confesso est, ange-  
 los absoluisse. Sic protoparentes, angelus transgressio- **Gene. 3.**  
 nis reprehendit, & alia quæ textus eo loci habet, dixit  
 & fecit. Sic & malignum Cain angelus monuit, ne con- **Gene. 4.**  
 ceptam malitiam opere perpetraret: Et cum innoxio  
 sanguine fuso fratrem occidisset, durè increpauit eum  
 ac maledixit. Angelus iusto Noe fabricationem arcæ man- **Gen. 6.**  
 dat: Abrahæ multifariè multisque modis apparet & lo-  
 quitur verba mysterijs turgentia, Sic Isaac, sic Iacob  
crebro.



crebrò apparuerunt, & de magno pietatis sacramento, licet in mysterio, plenè eos edocuerunt. Taceo hic amicum dei Moſen, electum Dauid, & totum chorum prophetarum: quibus cum angeli loquebantur de ſalutis humanæ rebus & negotijs, ſine intermiſſione.

**C** Hæc obſecro expendè, hoc tecum diligentiffimè reputa, & videbis, quàm multipliciter Deus cū diues ſit in miſericordia, à mundi exordio hominem non dereliquit, ſine verbo ſuo (quod ſanctiffimè eſt voluntatis ſuæ manifeſtatio.) Nam in corde illud homini ſcripſit per luminis vultus ſui ſignationē, ſiue legis naturalis imprefſionē. Similiter & in membris corporis & eius qualitate, totam paræneticam doctrinam ſalutis ei inſculpiſit, In omnibus creaturis verbum ſuum homini ob oculos poſuit. Inſuper auribus (vt ita loquar) trifariam inculcauit: Nempe, redemptorem promittendo, occultè ad cor loquendo, & per angelos eum ad iuſtitiam erudiendo: Sic legem ſuam triplicem tripliciter ſcripſit, & ſuam voluntatem nobis manifeſtauit: In corde, in oculis, in auribus erudiuit hominem & de lege ſua docuit, in ſeipſo, in creaturis omnibus, per angelos adminiſtratorios miſſos propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis. Nemo igitur amplius dicat: quis oſtendit & docuit nos bona & viam ſalutis æternæ? Nemo dicat, mandatum charitatis, ſumma, finis, et plenitudo legis, ſupra nos eſt in cælo poſitum et procul, ideo illud ſcire nō poſſumus, neq; aſcendere in cælum vt illud adferamus, neque nauigare ſpatioſum mare vt illud adducamus, audiamus, diſcamus, et operè impleamus: Sed iuxta nos eſt verbū dei, in corde noſtro, et in ore, et toto corpore noſtro &c. vt nemo ſe ab eius ignorantia excuſare poſſit in veritate. Iſtis modis priſci patres, illuminati et renouati ſunt in nouitate ſenſus ſui, probauerunt et cognouerunt, quæ fuit voluntas dei bona.

Horri-

Horribiliter Deus peccata puniuit ab initio.

Cap. XXII.

**D**Einde, cum multa malitia hominum esset super ter-  
 ram, & malitia excæcasset etiam acrimonia ingenij *Gene. 6.*  
 præditos, & omnis caro corrupisset viam suam: cunctaq;  
 cogitatio hominum ad malum prona esset, ac nemo quod  
 bonum est faceret vsq; ad vnum: Et homines ambularent, *Psal. 13.*  
 non in lege dñi, sed in vanitate sensus sui, peccatis mor- *52.*  
 tui, secundum seculum hoc, & secundum principem huius *Rom. 3.*  
 mundi, qui in filiis diffidentæ operatur, & facerent desi- *Ephc. 2.*  
 deria & opera diaboli, Nempè voluntatem carnis & cogi-  
 tationum: Et desperando de semetipsis, tradidissent se in *Ephc. 4.*  
 operationem omnis immunditiæ in auuiditate & sine fatie-  
 tate: Currerentq; aduersus Deum erecto collo, dicentes: *Iob 15.*  
 Quis est omnipotens, vt seruiamus illi? Vanus est, qui ser- *Iob 21.*  
 uit Deo: Sed nec Deum amplius timerent, nec homines re- *Mala. 3.*  
 uerentur: Nec audirent, legerent, scirent aut curarent *Luc. 18.*  
 amplius verbum Dei triplex, de quo proximè sumus lo-  
 cuti: Magis verò desperati abirent in voluptatibus suis, & *Hier. 7.*  
 in prauitate cordis sui mali: & corde suo praua semper ma- *Esa. 30.*  
 chinarentur mala, semperq; adderent præuaricationes, & *Osee 13.*  
 peccatum super peccatum: atq; nullus amplius esset intel-  
 ligens voluntatem Dei & requirens Deum: sed simul om- *Psal. 13.*  
 nes corrupti & abominabiles facti essent in iniquitatibus  
 & studijs suis pessimis: Ambularent vt cæci & impingerēt *Esa. 59.*  
 in meridie quasi in tenebris: Et manibus ac verbis, accer- *Sap. 1.*  
 serent mortem, æstimantes illam amicam: Et non solum *Psal. 48.*  
 iumentis compararentur, & similes illis essent: sed omni-  
 bus bestijs peiores: Hæc in quâ cum ita se haberent, & tan-  
 ta malitia oppletus esset mundus, Deus omnipotens iustus *Gen. 7.*  
 vindex mundum puniuit diluuiò. Sic postea quoq; Sodo- *Gene. 19.*  
 mam cum ciuitatibus finitimis horrendo in nihilum ad ter-  
 rorem aliorum, ignis deleuit incendio.

R

Deus

Deus Iudæis legem scriptam dedit. Cap. XXIII.

**A** ET cum nec sic à laqueis diaboli respiscerent super-  
 stitis, electę genti, femini Abraham de Ægypto edu-  
 cto, in monte Sinai legem & decalogū dedit, scriptam di-  
 gito Dei, Non aliam tamē (si moralia respicis præcepta) ab  
 ea quā in cordibus nostris & membris corporis inscripsit  
 & impressit, sed eiusedē oblitteratę reformatoriā, instaura-  
 toriam, renouatoriā & declaratoriā. Quicquid em̄ (si mo-  
 ralia p̄cepta respicimus) in lege dei scripta expressum est,  
 virtualiter & implicite, in charitate Dei & proximi conti-  
 netur & est inclusum. Sic lex naturę & lex scripta, idem &  
 vnum sunt in radice dilectionis & rationis: quāuis eius par-  
 ticulares propositiones, quasi rami & riuuli ex illo fonte  
 vno deriuati, in lege scripta plures sint per extensionē re-  
 solutionis & declarationis: Et hoc est quod deus ipse quo  
 que asseruit in Deuter. 30. vt dictum est folio præcedente.

In corde lex Dei scripta est. Cap. XXIII.

**A** H Inc ad cordis tribunal & iudicium, tam crebro deus  
 peccatores remittit: quod prefectō superuacue fru-  
 straq; faceret, si in eo fandi atq; nefandi distantia, & lex na-  
 turę impressa nō esset: vt p̄uaricatores, ibi reatuū suorum  
 magnitudinē & grauitatem videant: & ad deū relicta ma-  
 litia, ruptisq; peccatorū funibus mox reuertantur, dignos  
 faciendo p̄nitentię fructus. Vnde scriptū est: P̄uarica-  
 tores, redite ad cor, & cōfundamini. Hinc mulieri Samari-  
 tanę seruator noster dixit: Vade, voca virū tuū. Et qd est,  
 ire & virū vocare, nisi rationis iudiciū aduocare & sequi?  
 Sic Dauid ait: Dñs loquetur pacē in plebē suā, & super san-  
 ctos suos, & in eos qui cōuertuntur ad cor: Væ illis quorū  
 corda malitia excæcauit. Nā isti videntes nō vident, & au-  
 dientes nō audiunt: Imō oculos suos eruerunt, & ambulāt  
 vt cæci. Hoc disertis verbis, vir secundū cor dei, astruit di-  
 cense

Sap. 12.

Psal. 115.

Prou. 5.

Esa. 46.

Ioan. 4.

Psal. 84.

Sap. 2.

Esa. 6.

Matt. 13.

Sap. 1.

cons: Quia circumderunt me mala quorum non est numerus, *Psal. 39.*  
 comprehenderunt me iniquitates mee, & non potui ut viderem.  
 Nam peccata, etiam Senses excacant: adeo ut videre non possint  
 distantiam boni & mali, sed fiunt sicut equus et mulus *Iudic. 16.*  
 quibus non est intellectus, nec rationis iudicium. Multi *Leuit. 10.*  
 plicati sunt excessus mei, super capillos capitis mei, Et in il  
 la multiplicatione peccatorum & iteratione stultitiarum, *Psal. 32.*  
 cor meum dereliquit me, in quo legem tuam descriptam habui: Et *Osee 7.*  
 factus sum sicut columba seducta, non habens cor: Ergo cum  
 cordis amissione, peccatores & legem dei perdunt quam scripta  
 erat in eo. Quid ergo? Oportet ut cum Mose, prioribus tabu  
 lis fractis, alias preparemus, orando Deum, ut mundet nos ab *Exod. 34.*  
 omnibus inquinamentis carnis & spiritus, & det nobis cor no  
 uum: & spiritum novum ponat in medio nostri. Orandus item, *Ezech. 36.*  
 ut legem suam det in viscera nostra, et in corda nostra no  
 uascribat eam: Ut adaperiat cor nostrum in lege sua, et in *Hier. 31.*  
 preceptis suis, ut tota die meditatio nostra sit, quomodo *Hebr. 8.*  
 diligamus legem Dei, et ambulemus in vijs eius, citra omnem *2. Mac. 1.*  
 exorbitationem. Ex his omnibus (iuxta tropum) concin  
 ne, liber iste accipitur homo, qui scriptus est intus et for  
 ris, sed inuolutus. Est homo liber mandatorum et legum dei, *Psal. 118.*  
 scriptus intus, per inscriptionem legis naturalis in cor no  
 strum: Scriptus et foris, per admirabilissimam et sapientiam dei *Ezech. 2.*  
 plenissimam membrorum ordinationem et situm, ut dictum est ex  
 parte. Sed inuolutus est, clausus est, Ideo oportet eum aperi  
 re, et expandere ad legendum, et in lege Dei, quam in nobis *Psal. 118.*  
 scripta est, legere et meditari die ac nocte: Scrutari scri  
 pturas eius, et sicut animal mundum, eas ruminare, & cum *Ioan. 5.*  
 memoria conferre in corde nostro: Meditando si fidem ve  
 ram, descriptam in numero articulorum manuum habe  
 as, et in ea stabilis sis et immobilis, tam in prosperis quam *Leuit. 11.*  
 aduersis. Si spem firmam repositam habeas in caelis, quam *Luc. 2.*  
 erecta tua statura tibi ingerit corporis tui. *1. Cor. 15.*  
*Col. 1.*  
*Heb. 6.*  
*Col. 1.*

R 2 Si

**B** Si charitatem dei & proximi sinceram serues in opere, quam in omnibus membris binis & sensibus tibi ingerit corpus tuum. Si, proximis tuis benefacis, eos foues, nutris, defendas, iuues & custodias à malo sicut tua ipsius membra, sumus enim inuicem membra. Si aliorum onera, infirmitates & grauamina portas, tum morum, tum corporum, sicut tui corporis membri defectum vel grauamen. Et tam sollicitus sis, vt alijs subuenias, seruias, ministres quacūq; infirmitate grauatis aut onere pressis, sicut opem fers tibi ipsi, & cupis tibi subueniri. Si gaudes cum gaudentibus: Fles cum flentibus & afflictis. Si anima tua compatiatur pauperibus: Et nō solūm lingua & sermone, sed opere potius & veritate diligas & subuenias necessitatem patientibus: et operibus misericordiæ, tum spiritualibus, tum corporalibus, omnes demerearis, Nō solūm amicos sed etiam inimicos, Non solummodo diuites sed etiam pauperes: notos pariter & ignotos, benedicentes & te maledicentes: Hęc est gratia apud deum, hoc est veri amoris insigne, per quod cognoscimur si sumus discipuli Christi: & dei, sicut filij charissimi imitatores in dilectione vera. Demum (vt breuis sim) tecum reputa, si absq; vlla exorbitatione ambulans in lege domini, custodiendo omnia & singula decem mandata, in numero digitorum pedum & manū tibi ob oculos posita. Et cum hęc omnia feceris, non te extollas in cogitatu tuo: nec eleuet te cor tuum, sed humiliter potius senti de te ipso: Nec tibi, sed nomini domini da gloriam de bonitatis operatione. Quia ille operatur in bonis & rectis corde, & velle & perficere pro sua bona voluntate: Eius ergo gratiæ acceptum refer, quicquid boni fecisti. Et cum omnia quæ præcepta tibi erant, fecisti, seruum inutilem & senti te in corde, & ore tuo confitere. Sed heus, quo tendo? præter institutum, in longum calamus defluxit.

*Moralia legis diuinæ multis modis sunt declarata.*

Caput XXV.

**M**oralia præcepta legis multis modis, legis datæ tē- A  
pore Deus declarauit: Tum per iustos populi mo-  
deratores, tum per prophetas sanctos in gente Iudeorum,  
Apud gentiles verò, oblitteratam legem cordium, per phi-  
losophos tam pulchrè tam exactè, tam deniq; perfectè de-  
clarauit: vt miraculum ferme sit, quòd in solo lumine na-  
turæ (nam lumine fidei expertes erant) tam profunda &  
vera de virtutibus moralibus documenta inuenire & tra- Rom. 1.  
dere potuerunt. Verùm Deus quem ignorauerunt, eis re- Iacob. 1.  
uelauit, à quo est omne donum optimum, & omne datū Eccī. 1.  
perfectum, in super & omnis sapientia.

Et cum philosophorum pius & assiduus labor, quo do- B  
cumenta de bonis moribus, conformia in multis & pene  
in omnibus decem decalogi præceptis, quibus (vt in ada-  
gio est) ex bestijs homines fecerunt, attèderetur à paucis,  
exufflarentur pene ab omnibus: & totus ferè mūdus post  
vana idola ambularet, corrupt⁹ & abominabilis in studijs  
suis esset: factum est paulatim, vt nec vestigium quidē vl-  
lum propter abundantiam malitiæ & nequitia, legis natu-  
ralis in hoībus esset reliquū. Nā sicut imagines hominum:  
in lapidibus, aut laminis insculptæ scripturæ, tetro fumo  
aut immundicijs, aut stercorebus sædantur, decorē & pul-  
chritudinem amittunt abscondunturq;: adeò, vt nec faci-  
es imaginum, nec literæ aut scriptura lapidibus & laminis  
impressa, videri, agnosci, discerni possit, nec legi. Haud se- Luc. 17.  
cus contingit in homine: qui cum à Deo salutari suo rece-  
dit, & diabolo adhæret & seruit, mox facies animæ suæ, qua  
ad imaginem & similitudinem Dei factus est, per fumum  
superbiæ denigratur super carbones vt in plateis & vijs Thre. 4.  
suis agnosci nequeat: et scriptura intus & foris ei impres-  
sa (per modū qui dictus est ex parte) maculatur, sædatur,  
R 3 occulta-

occultatur & abscondit per immundicias luxuriae, & sterco-  
 ra auaritiae, vt legi, videri & cognosci nō possit. Et eo mo-  
 do a vijs iusticiae, nō solummodo exorbitauit gentes quae  
 Deum ignorant, & legem scriptam non habent: sed & in  
 lege gloriātes Iudaei: tum Christo quoq; initiati, qui glo-  
 riantur in verbo Dei & euangelij non faciunt legem & e-  
 uāgelium, magis autem iniquē agunt superuacue: peccāt  
 vsquæquaq; absq; omni timore. Viuūt sicut eq; & muli, q-  
 bus non est intellectus. Eiusmodi homines, honorem di-  
 uini imaginis & similitudinis in quo creati sunt, non in-  
 telligunt, non attendunt, scire nolunt. Ideo vita sua dete-  
 stabili, & Deo odibilibus operibus quae faciunt, comparā-  
 tur iumentis insipientibus, & similes illis sunt, Imō mul-  
 to viliores & peiores. Sic Cretenses mala bestia ait aposto-  
 lus, semper sunt mendaces, ventres, pigri. Ad tales bestias,  
 tuba euangelij pugnavit Ephesi. Sed quid eos bestias vo-  
 co, cum sint demones & diaboli filij, cuius desyderia & o-  
 pera faciunt. Sic Elimam, apostolus vocat diaboli filium:  
 Sic Iudam Christus dixit esse diabolum: Et diuum Petrus,  
 pro Christo zelantem, sed non secundum scientiam, sata-  
 nam vocat: Quia in paternę voluntatis mandato adimplē-  
 do, ei (quamuis ignorans ex amore carnali) obsticit. Verū,  
 cum homines nec legem naturalem, nec scriptam datā lu-  
 daeis, nec moralem datam per mundi sapientes seruarent:  
 tunc alios seruos Deus misit ad colendam vineam, ad iu-  
 sticiae defensionem, & aequitatis inculcationem.

**C** Nam tunc per reges & principes, qui regunt per ipsum.  
 (Quia omnis potestas a Deo est, vt ipse dominatur super  
 omnia regna hominum, & quibuscunq; vult, dat illa)  
 iustas leges decreuit: iuxta illud: Per me principes impe-  
 rant, & potentes decernunt iusticiam. Per iustas inquam  
 leges, filiorum belial & desertorū coercebatur impietas,  
 malitia & nequitia, propter poenam quam transgressoribus

Psal. 31.

Psal. 48.

Titi 1.

1. Cor. 15-

Ioan. 8.

Acto. 13.

Ioan. 6.

Matt. 16.

Prou. 8.

Rom. 13.

Deut. 4.

Prou. 8.

bus infligebant: & tuta mansit inter improbos innocen-  
tia. Nihilominus omnes istæ leges & iusticiæ imperfectæ  
erant. Nec iustificabant ex se, culpas laxando suorum  
obseruatorum, nec eos introduxerunt ad regnum cœ-  
lorum: quod sola lex euangelica facit. Quia veritas &  
gratia per Iesum Christum facta est: de qua paulò infe- *Ioan. 1.*  
nus plura

De ceremonialibus præceptis. Caput XXVI.

**C**Aeremonias item varias Iudæis imposuit & præce- *A*  
pit Deus, quibus partim ab idolorum cultura, quæ ois  
mali radix & causa fuit, ad quam etiã propensissimi erant, *Sap. 14.*  
reuocabantur: partim, magnum pietatis sacramentum re-  
dèptionis humani generis figurabatur. Quod & sancti pro- *1. Tim. 3.*  
phetæ clarius prædixerunt.

Verum gens Iudaica, gens duræ cervicis & contentio- *B*  
sa erat: rebellis, exasperans & incredula. Ideò vt metu pœ- *Deut. 31.*  
narum, mali retraherentur à malis, dura grauiã & terroris *Ezech. 2.*  
plena præcepta iudicialia eis dedit, vt ex decursu illius le-  
gis multis in locis adparet. Lex autem ista iudicialis *1. Tim. 1.*  
non iustis, sed iniustis posita est. Sicut mente captis aut  
versis in furiam, ne ledant alios aut damno afficiant ligan-  
tur, & compedibus cohibentur. Sanis & modestis ni-  
hil tale infertur. Sed & si furiosi melius habuerint, sen-  
sus & ratio eis reddita fuerint, à vinculis absoluun-  
tur & vt Nabuchodonosor in pristinum gradum & ho- *Dan. 4.*  
norem restituuntur: Sic expertus medicus non sana, sed  
putrida, infecta, igne accensa membra, vrit, secat, mor-  
det. Sic malè habentibus dantur fucci amari: postquam  
conualescunt, non ita: Sic pueri, virgis & minis ad stu- *Galat. 4.*  
dia & virtutes æmulandas coguntur. At cum facti sunt *1. Cor. 13.*  
viri, & euacuauerunt ea quæ sunt paruulorum, non sunt  
ampli-



amplius sub tutoribus & actoribus : sed vltro æmulantur charismata meliora, propèsoq; animo per vias iusticiæ ambulant, & virtutis & Dei amore. Sic, sic pater misericordiarû, medicus animarû, doctor paruulorû, vt nobis vtile est quod ipse nouit, diuersa diuersis temporibus præcepta salutis dedit. Lex autem illa solis Iudæis data fuit.

*Triplicia sunt legis præcepta. Caput XXVII.*

**A** Triplicem verò hanc præceptorum legis differenciam difertis verbis in multis locis expressam legimus in biblijs sacris. Non est aliagens, dixit Moses, sic inclita, vt habeat cæmonias, iustaq; iudicia, & vniuersam legem, quoad moralia præcepta quam ego hodie propono ante oculos vestros. Eandem distinctionem præceptorum, ferme sub eisdem verbis, habes clarissimè. Deut. 6. d & 32. a & 11. c Exod. 13. b. Neemiæ 1. c 9. c Psal. 77. a & Luc. 1. 2. Prolixitate vitandæ gratia, verba non descripsi in præsentiarum. Hanc distinctionem quî ignorant, de operibus legis lallant, sicut cæci de coloribus: idèò turpissimè impingunt eam in foribus & in luce clara. Et volentes esse legis doctores, non intelligunt, neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant. Ex lege ipsis data, cognouerunt iusti istius temporis, quæ esset voluntas Dei beneplacens. Hanc legem Iudeis Moses dedit: sed nemo eorum hanc legem fecit: In hac gloria riabantur, sed per eius præuaricationem, Deum inhonorabant, & nomen Dei per eos blasphemabatur inter gentes. Legabant prophetas, sed doctrinas eorum non custodiebant: Imò viuos prophetas & iustos odio iniquo oderunt, & gratis persequabantur & iniuste, sed mortuos honorabant et sepulchra eorum ædificabant.

*Christus dedit euangelium, quod est lex amoris*

*Caput XXVIII.*

*Tunc*

**T**unc pater misericordiarum & Deus omnis consolationis, cum venisset plenitudo temporis, filium suum unigenitum misit in terram, carnem factum: futurum ratus, ut tanta benignitas obstinatos emolliret, tanta pietas flecteret, tam stupendus amor eos accenderet ad redamandam qui eos tantopere amavit. Venit sapientia ipsa, venit vnicus legislator, venit vnicus magister, & facere cepit & docere quæ esset voluntas Dei perfecta: Et dedit legem amoris & fidei, legem clementiæ, regalem & perfectæ libertatis, legem nouam omnia innouantem: & ex veteribus noua omnia facientem, euangelium æternum videlicet, quod est lex spiritus & vitæ, per quod liberauit nos à lege peccati & mortis, à lege oneris importabilis & maledictionis, factus pro nobis peccatum & maledictum. At euangelium alia lex non est à lege naturæ, Mosi, morali & principum huius mundi quo ad moralia præcepta, sed imperfectionis istarum suppletua, perfectiua, & cõsummatiua. Nam quod impossibile erat istis legibus, & in quo infirmabantur in carne (vt dicit apostolus) Deus misit filium suum in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne sua, vt iustificatio, consummatio & suppletio non solùm legis Mosi, sed & aliarum impleteretur in nobis, si tamen non secundum carnem, sed secundum spiritum ambularemus & viueremus.

1. Cor. 1.

Act. 1.

Iacob. 2.

Rom. 8.

Act. 15.

2. Cor. 5.

Gal. 3.

Rom. 8.

*Euangelium unum est cum lege & idem in spiritu*

Caput.

XXIX.

**V**nde Euangelium Christi non aliud est, euangeliu à lege mosi, sed lex secundum spiritum viuificantem intelligatur, prætermissa litera occidentur. Verba namque Christi, spiritus & vita rectè intelligentibus sunt. Nam euangelium perficit legis imperfectionem, infirmitatem

A

Gal. 1.

2. Cor. 3.

Ioan. 6.

S consu-

cōsummat, obscuritatē declarat atq; ob oculos ponit: digni-  
toq; demonstrat: quæ olim adūbrata, vel implicita vel pro-  
missa fuerunt. Sed & vitā æternā obseruatoribus suis pro-  
mittit & reddit, quod lex facere nequibat, eò quòd illo tē-  
pore Chirographum decreti, nōdū deletū erat & cruci affi-  
xum. Nec dū mūdus recōciliatus, per debiti Adæ solutio-  
nem: Nec diabolus foras eiectus. Nec captiua captiuitas li-  
berata: Nec dū Christus ascenderat, iter pandens ante e-  
os. Quia nihil ad perfectum adduxit lex.

Consilia perfectionis etiam legis tempore à nonnullis ser-  
uata sunt. Caput XXX.

**A** Tque euangelium est omnis consummationis finis  
& plenitudo, supra præcepta addens perfectionis  
& salutis consilia, quæ & legis tempore à nonnullis sunt  
seruata, qui in via altiori, arcta & regia corā Deo & cum  
Deo ambulauerūt, & eidē in iusticia & sanctitate, oñibus die-  
bus vitæ suæ seruiuerūt, & erant pfecti in timore & amore  
Dei. Sic virginitatē purissimā illibatamq; seruauit Iosue,  
dilectus Deo & hoībus: Seruauit virginitatē tunc tēporis  
(vt paucos cōmemorē) Elaias propheta regius, Helias zela-  
tor legis seruētissimus: Hieremias sanctus antequā natus:  
Ioānes, quo inter natos mulierū nullus surrexit maior. Sa-  
lutis exordiū, virgo Maria: et Ioseph iustus, electus et præ-  
electus spōsus eius. Vide Hieronimum. Paupertatē volun-  
tariā, seruauere Rechabite, quorū institutū Deus ipse sup-  
omnia benedictus in seculā, suo extulit eulogio: et iste viro  
dolorū Hieremia: Obedientiā singularē filij prophetarū  
seruauerunt. Verū ex quo sæcunditas proliū et omniū bo-  
norū vbertas et affluētia, seruatoribus legis: tūc promitte-  
batur pro mercede: Ideò virginitas expers prolium et pau-  
pertas imperfectis et cupiditatis siti estuantibus fomitem  
peccādi præbens, vili pendebatur ignorabatur em̄ precū  
harum

harū euangelicarū margaritarū. Ibi dicebātur beati quib⁹ *Prou. 30.*  
 illa exuberabāt. Nūc verò euāgelia clamāt: Beati pauperes *Psal. 143.*  
 spiritu, quoniā ipsorum est regnum cælorum. Et bonum *Matt. 5.*  
 est hominem sic esse, puta innuptum. Vide legis tempore *1. Cor. 7.*  
 carnales homines spiritum Dei non habentes, mysteria re-  
 gni Dei ignorantes (quod nihilo fecius falsissimum erat)  
 continentiam virginalem, orbitatem prolium, & pauper-  
 tatem, pro nihilo habuerunt: atque maledictos censebāt,  
 eo modo domino seruiētes. Sic sterilitatem coniugatis,  
 & paupertatem quibusuis, non ad eorum probationem  
 aut meritum sed in pœnam suorum maximorum peccato-  
 rum accidere putabant, quod nihilominus falsissimum e- *Matt. 22.*  
 rat. Errabant, quia scripturas ignorabant & cōsiliū Dei. *Psal. 17.*  
 Sed postquam Deus cælos inclinauit, & descendit, post-  
 quam per euangelium intonuit Dominus de cælo, & altif *Matt. 22.*  
 simus vocem suam dedit, & veritas ipsa viam Dei in veri- *Matt. 19.*  
 tate docere cepit, & Moses amplius non loquebatur, tūc *1. Cor. 7.*  
 virginitas esse cepit in gloria, & continentia consuleba-  
 tur in euangelio regni. Paupertas item voluntaria, pro *Matt. 19.*  
 Christi nomine sponte assumpta cepit esse honori, quæ *Rom. 10.*  
 ad omne bonum hominem expeditum reddit & remune- *Luc. 18.*  
 ratur multifariam, in vita quæ nunc est, & in gloria æter-  
 na. Quia hic centuplum accipiunt & in futuro gloriam &  
 vitam æternam *Matth. 19.*

Quomodo Christus legem impleuit. Caput XXXI.

**C**hristus (quod falsò impij ei exprobrabant) non *A*  
 soluit legem, sed adimpleuit: non reprobauit,  
 sed approbauit: Non damnauit, sed perfecit & declara- *Matt. 5.*  
 uit. Impleuit figuras in seipso, & quotquot erant pro-  
 missiones Iudæis factæ à Deo. Declarauit obscura, & *2. Cor. 1.*  
 verum intellectum eorum produxit in lucem. Perfecit  
 legem, rigorem iudicialium in lenitatem charitatis &  
 S 2      pieta-

pietatis commutando: & consilia salutis assequendæ methodos, addendo.

Quomodo Christus legem declarauit, illustrauit, multiplicauit. Caput XXXII.

**A** Vemadmodū Christus dum quinq; panes, hoc est, *Matt. 14.* quinq; libros legis, & duos pisces, hoc est, psalmos *Rom. 6.* & prophetas, accepit in manus, hoc est operibus impleuit, benedixit ac multiplicauit, multa milia ex eis satiauit. *Luc. 9.* Ad hæc quemadmodum tunc novos panes nō creauit, sed allatos benedictionis suæ verbo & virtute multiplicauit: sic idem Christus incipiens facere & docere viā Dei in veritate legem aliam non dedit: sed priorem impleuit, declarauit, cōfirmauit, & per doctrinam fidei spei & charitatis priorem explicans & extendens auxit. Præterea sunt granum cadēs in terrā, quod fructū multū adfert, si Deus det incrementum per pluuiam voluntariam & suam ipsius nō alterius benedictionem. In hoc nobis datur exēplum, vt *Psal. 67.* si docendo fructum facere velimus, prædicemus populo non nostri capitis somnia non nostri cordis inuenta noua, sed per Dei benedictionem & per spiritus sancti vntionem verbum Dei, quod nunquam ad eum redibit vacuum. Vnde Apostolus dixit: Euntes docete omnes gētes, quęcunque mandauī vobis, quod dum facimus humiliter *Matt. 8.* faciendo videlicet & docendo verbum Dei, magni sumus & vocamur in regno cælorum. Nam tunc panis verbi Dei, qui est cibus piē in Christo viuentium, per orationē qua *Matt. 5.* in cælum ad Deum oculos leuamus vt inde auxilium veniat nobis, et per benedictionē Dei, in manibus nostris multiplicatur, et populo proponitur per prædicationem, & *Matt. 4.* satiantur bonis omnes esurientes et sitientes iustitiam. Diuites autem iustos in oculis suis, prudentes apud semet- *Luc. 1.* ipsos, nauseātes manna cæleste, desiderātes Aegypti offas, *Rom. 12.* cucume-

Cucumeres & pepones vilia esculēta, porros & cæpas inflā- *Num. vi.*  
 tes, allia fatentia esurientes, nec non Pasiphaes auiculas, *Psal. 106.*  
 dimittit inanes. Ideo esurientes & sitientes manent, & ani- *Luc. 15.*  
 ma eorum in ipsis deficit, & fame pereunt. Cupiunt ven- *Prou. 20.*  
 trem implere siliquis porcorum, & nemo illis dat. Suavis *Iob 20.*  
 illis tamen est, panis mendacij, quæ est falsa doctrina. Sed *2. Thef. 20.*  
 panis iste peruerforum dogmatum, in vtero eorum verti-  
 tur in fel aspidum intrinsecus. Boni verò & recti corde, in  
 domo dei, quæ est ecclesia, abundant panibus mundissi-  
 mis sanæ doctrinæ, qui corda hominum in omni opere bo-  
 no & sermone confirmant vsq; in finem.

Quomodo quinq; panes & duos pisces Christus  
 multiplicauit. Cap. XXX.

**O** Potentia maiestatis: O sapientia mediatoris. O ex-  
 uberans bonitas diuinæ charitatis. Quinq; panes & **A**  
 duos pisces Christus in manus accepit, & multa hominum  
 milia, dum esset omnipotentia sua & infinita bonitate mul-  
 tiplicat, cibâdo satiat. Granum sinapis minimum inter fe-  
 mina, proiectum in terram, crescens maius fit omnibus *Matt. 13.*  
 oleribus, & arbor fit magna, ita vt volucres cæli habitent *Rom. 4.*  
 in ramis eius. Quinq; panes & duos pisces legis libros ac- *Luc. 13.*  
 cipimus & prophetas qui instar grani sinapis minimi sunt  
 fermè inter omnes legum & institutionum libros. Sic  
 dum Christus in manus suas sanctas scripturas accepit, &  
 impleuit eas in semetipso, seminavitq; verbum Dei do-  
 cendo, ac fregit panes, declarando scripturas; adeò panes  
 isti quinq; & duo pisces in manibus eius sunt aucti,  
 vt totus mundus capere libros non posset (si  
 omnia eius opera & verba per sin- *Ioan. 20.*  
 gula mysteria in ipsis latentia *21.*  
 scriberentur) qui scri-  
 bendi essent.

S. 3. Panis

*Panis benedictus in apostolorum quoq; manibus est  
auctus. Cap. XXXIII.*

**A** Sed & per apostolorum manus, & in eorum manibus  
Dei omni creaturæ prædicando proponunt: multiplican-  
tur. Quia dum sancti prædicatores legem Dei faciendo &  
docendo populo proponunt, tunc & ipsi fusius per vncti-  
onem spiritus verbū dei extendunt, profundius scrutan-  
tur, & clarius quàm antea intelligunt, atq; copiosius, edi-  
tis libris abscondita illius, producūt in lucem. Hoc in apo-  
stolorum epistolis, in sanctorum doctorū scriptis, factum  
esse, & semper fieri videmus. In mensa item credentium  
& in manibus (vt dicit Hilarius) crescebat & crescit vsque  
in hodiernum diem, benedicta à Christo panis vitæ sub-  
stantia. Nam boni & recti corde, voluntatem habentes in  
lege domini, dum verbum Dei audiunt & custodiunt, rati-  
onant, scrutantur, & in corde suo conferunt, multa ex  
auditis colligunt & intelligunt, quæ à prædicatore nō au-  
dierunt: Vnctio illos, quam habent à sancto, docet de om-  
nibus quæ necessaria & vtilia sunt salutem eorum.

*Quid duodecim cophini impleti, significant,  
Caput XXXV.*

**A** Nec otiosum est, quòd discipuli duodecim cophi-  
nos fragmentorum, quæ superauerunt eis qui ma-  
ducauerant & saturati erant, collegerunt. Nam dum tur-  
bæ fatiatæ sunt per verbi Dei prædicationem, multa su-  
per sunt altiora fidei mysteria, quæ illi nō possunt capere  
& profectiois documenta, quæ non possunt seruire. At  
apostolici viri, & quicumq; perfecti sunt cum apostolo, ea  
debent colligere ne pereant in suas sportas librorum, &  
æmulatoribus meliorum charismatum, Christumq; quo-  
cumq;

Matt. 28.

Act. 1.

Matt. 5.

Rom. 11.

Iob 28.

Luc. 11.

Ioan. 5.

1. Ioan. 2.

Phil. 3.

1. Cor. 12.

Apo. 14.

cunq; ierit sequētib; tradere credenda, & faciēda pro-  
 ponere: Sic Basilius magnus: Sic sanctus Hieronymus: Sic  
 sanctus Benedictus: Sic sanctus Augustinus: Sic sanctus  
 Franciscus, sic & alij multi sportas suas ex reliquijs & ver-  
 borum Christi fragmentis collegerunt: & regulas, metho-  
 dos doctrinæ euangelicæ, vias excellentiores, crucis Chri-  
 sti semitas, nucleos euangelij, conscripserunt & seruaue-  
 runt, & volentibus seruandas tradiderunt. Nihilominus,  
 turba saturata dicitur: Quia & si simplices filij dei, paruu-  
 li & pusillus grex, mystica & recondita fidei, rimari et ca-  
 pere nequeunt, vti etiam altiora se inquirere non debent,  
 nec curiose scrutari maiestatem, ne opprimantur à gloria,  
 nec sua possunt omnia relinquere ac pauperibus distribue-  
 re, nec virginitatem seruare, nihilominus, viam mandato-  
 rum Dei currendo, brabgum vitæ æternæ obtinere pos-  
 sunt. Sic in fine seculorum et in plenitudine temporis, per  
 euangelium gratiæ suæ, vnigenitus qui est in sinu pa-  
 tris, nobis manifestauit quæ sit volūtas dei per-  
 fecta. Quicumque ergo fecerit voluntatem  
 Dei, quam euangelium docet, ille  
 Christi frater, soror et  
 mater est, In-  
 trabit in  
 regnum cælorum. Hic beatus in suo facto est.

Ecci 3.  
 Prou. 25.  
 Matt. 19.  
 Rom. 12.  
 Matt. 12.  
 Matt. 7.  
 Luca. 1.

Et tantum de Secundo libro.  
 DE





**D**ICTO in duobus superioribus libris de verbo Dei in se, nempe, quid & quotuplex sit, ordine recto alia quedam sunt discutienda, æquè digna scitu & necessaria ad salutem. Et ambagibus sinuosis parergisq; seclusis, ab ipsa causa mox auspicabor: Nihil oscius, obiter & imprimis notandum, q̄ Ioannes apostolus, in dextera dei vidit librum signatum sigillis septem. Vidit & angelum Dei fortem, prædicantem voce magna: Quis est dignus aperire librum, & soluere septem sigilla eius? Et nemo poterat, neq; in cælo, neq; in terra, neq; subtus terræ, aperire librum, neq; respicere illum. Et Ioannes multum huius rei gratia, asserit se fleuisse: quoniam nemo dignus inuentus est, aperire librum, nec videre eum aut intelligere. Sed vnus de senioribus dixit ad eum: Animæquior esto, ne fleueris, in proximo est, vt consoleris & tu, & omnes esurientes & sitientes iustitiam. Vicit ecce leo de tribu Iuda, agnus Dei, radix Dauid, fortissimum, & alligauit eum, ille habet clauem Dauid, & aperiet librum mysteriorum Dei, & soluet septem signacula eius. Apoc. 5. Igitur in libro isto tertio, septem quæstiones, quasi septem libri factæ scripturæ, maximè euangelij signacula proponam: & cum clauē Dauid respondendo ad eas, soluam & aperiam ad verbi Dei sincerum intellectum super omnia necessarijs. Quorum primum erit:

*Sigillum primum.*

*Quid sit prædicandum? Sigillum primum & Cap. I.*

**A** Hanc quæstionem magister summus diluit dicens: *Rom. 16.* Prædicate euangeliū omni creaturæ: Et apud *Matthæum:* Euntes docete omnes gentes seruare omnia, quæ *Matt. 28.* cunq; mandauit vobis: Et hoc iuxta verum & germanum scripturæ intellectum: Non verba solummodo scripturæ, sed

fed & intellectum quem in eis intendit spiritus sanctus, populo proponendo. Hinc diuus Petrus, ait: Si quis loquitur, quali sermones dei. Et iterum: Omnis scriba doctus ad sobrietatem, in ecclesia (quæ est regnum cælorum) similis est homini patrifamiliâs, qui de bono cordis sui thesauro profert noua & vetera, dū ad iustitiam populū erudit: hoc est, noui & veteris testamenti testimonia. Hic tamen, (quod magistri mendaces garrunt sed mendacissimè) adfertor noister, non abijcit sanctorum doctorū lucubrationes, nec damnat, nec quæstiones. Nam & scripta doctorum vera, vbi idem sentiunt omnes, scripta sacra sunt placita deo, & imprimis necessaria ad scripturæ sacræ verū intellectum. Sed iniquorum damnat fabulationes, quæ non sunt, vt lex dei, vera, sed falsitas ipsa & imposturæ verbi dei, & deprauationes, adulterationes siue cauponationes.

1. Pet. 4.

Matt. 13.

Dani. 12.

Psal. 118.

2. Cor. 2.

2. Pet. 3.

*Sacra scriptura est hæreticorum liber & fundamentum. Caput II.*

**S**ed obijcis: Hæreticorum scripta sunt vt lex dei, imò ipsum verbum dei, quod docent, inculcant, tractant & exponunt. Responsio: Lutherus dicit in suo præceptorio, & super vigesimum octauum capitulum libri Genesis, quod sacra scriptura fundamentum est & liber Hæreticorum, et quod ex ea omnes Hæretici suos probauerunt errores. Vide & sermonem secundum dominicæ octauæ post Pentecost. Dicimus ergo, Hæreticos habere gladium spiritus sancti quod est verbum dei, sicut habent Catholici, & sæpius plures scripturas quàm hi, sed non eadem intentione & modo tractant scripturâ. Sancti scripturas, tractant & docent ad auditorum salutem: Hæretici ad eorum perditionem. Sicut exempli gratia: Catholici principes & castra dei, arma habent ad fidei, pietatis & ecclesiæ propagationem.

A

Eph. 6.

T gnatio

gnationem: Turca in omnibus armis & bello necessarijs, superat credentium apparatus, ad fidei, iustitiæ, pietatis & ecclesiæ desolationem, subuersionemq;, & vt in suam  
 Apo. 14. impietatem & æternam damnationē secum trahat totum  
 Hebr. 9. mundum: Hæc parabola, est temporis instantis: quam obsecro pius predicator latè expendat, pro simplicium adificatione & salute.

B Nec nouū est, q̄ rebus suapte natura bonis, sanctis, vtilibus, necessarijs & honestis, boni rectè vtatur ad gloriam dei, suamq; necessitatem, vtilitatem & salutem: Mali verò & filij diaboli, eijsdem rebus pessimè abutantur, ad dei offensam, scandalum paruulorum in fide, & ad propriam & aliorum mortem & damnationem. Habet ecclesia sanctorum, arma lucis, Christiformium virtutum, quæ non carnalia sunt sed potentia deo, ad destructionem munitionū diabolicarum &c. quibus resistit diabolo in diebus malis & in omnibus stat perfecta. Habet ecclesia malignantium & sua arma cum Goliad spurio & in quibus confidunt. si-  
 Rom. 13. & sua arma cum Goliad spurio & in quibus confidunt si-  
 Ephe. 6. cut fortis pater eorū diabolus teste euāgelio. Habent ope-  
 2. Cor. 10. ra tenebrarum, habent linguas acutas vtrinq; scindentes  
 1. Reg. 17. pro gladijs. Et linguas suas exacuunt sicut serpentes. Et  
 Matt. 12. gladijs istis & armis diabolicis ecclesiam iustorum, emi-  
 Luc. 11. nus cominusq; oppugnant vt expugnent. Iustus emit &  
 Psal. 56. portat arma, vt ab iniurijs & latronibus se defendat, non  
 Psal. 36. vt vlli noceat. Latio eadem arma defert, vt bonos occidat, substantiam eorum & labores diripiat. Boni medici suas herbas & pharmaca habent, quibus sanant malè habentes & eos eripiūt de morte: Mali & proditores, eijsdē speciebus, propter malam compositionem, sanos debilitant, & debiles occidunt. Ex eodem auro & argento fidelis faber argentarius bonam monetam cudit, quia peiora auro & argento non addit, sed de puro operatur. Malus & inu-

infidelis, de sua parte, adulterinam fabricat, quia materiam suo dolo & furto falsificauit.

Habent amici veri verba amicabilia, & profunt, habent & proditores dolosi multo amicabiliora verba & si- 1. Cor. 11.  
 gna, vt decipiant & occidant: sicut serpens Euam seduxit, 3. Reg. 2.  
 & Ioab duos viros meliores se occidit. Mulier procax, ad Prou. 7.  
 lescentem irretit. Sic scorpius facie blanditur, sed cau-  
 da inficit & occidit. Ex eodem vase, ex eadem massa, ex  
 eodem caldario, pincerna amicis sanum vinum, & eis quos  
 odit, lætale mulsu[m] proponit: Quia illis vinum purum,  
 his veneno mixtum, quod in crateram eorum clam po-  
 suit, obtulit: Ideo illorum corda ex vino lætificantur, ho- Psal. 103.  
 rum torsiones & infirmitates augentur per momenta sin- 2. Mac. 9.  
 gula temporum, & regerunt mortem. Sic pistor, ex eadem Psal. 103.  
 massa panem sanum, qui corda hominum confirmat, ami-  
 cis parat, Inimicis verò & quos iniquo odio odit, adden-  
 do venena, facit panes mortis. Sic cocus ex eodem calda-  
 rio, amicis sanum, inimicis mortiferum cibum ministrat.  
 Sic ecclesia Dei, sancti doctores, sinceri prædicatores, ex  
 verbo Dei esurientes implent bonis, sanant omnes infir- Luc. 1.  
 mitates animarum, proponunt vinum optimum, pa- Psal. 202.  
 nem purissimum, cibum sanum; quia sincerè verbum Dei  
 tractant. Hæretici, eò quòd fermentum suum verbo 1. Cor. 5.  
 Dei addunt, illud adulterant & deprauant, omnes langui- Gal. 5.  
 dos faciunt & occidunt, qui de vino suæ prostitutionis Apoc. 17.  
 bibunt, & panem pollutum et veneno ab eis mixtum ac-  
 ciunt. Sic virgo et honesta mulier, ad honestatè se ornat,  
 Meretrices verò salaces, id ipsum faciunt, et in ornamentis  
 honestas excedunt, ad capiendas animas. Nec ideo pudicæ,  
 castæ et honestæ sunt meretrices ipsa retia diaboli, quod Luc. 16.  
 auro, argento, lapidibusq; pretiosis sunt ornatæ, bysso et  
 purpura indutæ. Sic hæreticos, veraces nõ faciunt multæ scri-  
 pturæ,

pturæ quas corruptè allegant, & violenter ad se trahunt. Nam sicut illam ornamenta diaboli apostolum, multæ allegationes non faciunt veracem. Manet & est illa rete diaboli & vitiorum sentina, quantumuis ornata omni cultu muliebri. Et hic est magister mendax, minister & apostolus diaboli, dux cæcus, seductor & fascinator populi, etiam si fultus ad speciè sit & apparentiâ omnibus sacris scripturis. Igitur blasphemia in spiritum sanctum & impugnationis est veritatis agnitæ, astruere, quòd hæreticorum fabulationes, insanæ, falsæ, peruersa dogmata, excogitata (quæ colunt & pro oraculis haberi volunt) mendacia, sint verbum & lex dei. Non sunt sicut lex Dei, quæ docet declinare à malo & facere bonum, pacem, & veritatem diligere: sed sunt diaboli mendacia, quibus fascinator populus ne veritati obediat, in lege dei ambulet, bonitatem faciat, ab omni via mala pedes suos prohibeat, pacem & sanctimoniam inquirat & persequatur: Nam viæ illius viri & mulieres, odiunt bonum & diligunt malum, astant omni viæ non bonæ, nec Deum timent, nec homines reuerentur, ad omnia opera bona sunt reprobi: Omnes ad malum currunt, sicut equi impetu euntes in prælium.

Ex fructibus arbor cognoscitur, ex profectu in scientijs & moribus discipulorum, magister diligens: ex disciplina & sanctimonia auditorum, prædicator bonus: Ex sanitate infirmorum, medicus expertus: ex opere, iudicatur artifex.

*Elucidatores & illustratores scripturarum, sancti doctores, vitam per Christum æternam suo labore meruerunt. Caput III.*

**A** DE doctoribus sanctis, verbum Dei sincerè declarantibus & docentibus, sicut ex deo, corâ Deo, in Christo

1. Cor. 2.

Non tractantes, ipsa æterna sapientia dicit: Qui elucidat me, *Eccî 24.*  
 vitâ eternâ habebunt. Nam declaratio scripturarû quam il *Psal. 118.*  
 li elucubrarunt, illuminat pios, & intellectum dat paruu- *Dan. 12.*  
 lis & humilibus. Et Daniel ait: Qui ad iustitiâ erudiunt plu-  
 rimos tanquam stelle fulgebunt in perpetuas eternitates,  
 Et ibidem: Tu Daniel, signa librû & claude sermones vsq;  
 ad tempus statutum. Nam plurimi transibunt: Nempe do- *1. Pet. 5.*  
 ctiores sancti, quos Deus misit pascere oues suas sciëntia san- *Hier. 3.*  
 ctorum & salutis, & doctrina sana, quæ est secundum euân-  
 gelium gloriæ beati Dei, & multiplex erit in eis intelligen- *Iob 28.*  
 tia: quæ doctorum diligëntia, q̄ profunda scripturarû scru- *Matt. 13.*  
 tati sunt, producta est in lucē. Sicut & magister summus, *Rom. 4.*  
 occulta prouerbiorum & parabolarum in quibus populo *Luc. 8.*  
 loquebatur, seorsum discipulis suis (quibus datû fuit nos- *Luc. 24.*  
 se mysteria regni Dei) exposuit. Sic & discipulos illos E-  
 maus oppidum contendentes: breui temporis spacio, ple-  
 nissimè edocuit omnia, quæ de ipso scripta erant in lege,  
 in Psalmis & omnibus prophetis. Hinc apostolus, sectari  
 charitatem, & spiritualia omnia iubet æmulari, magis aut  
 vt prophetent, hoc est, vt sacræ scripturæ verum intelle-  
 ctum, verbo præsentibus, & scripto posteris proponant. *1. Cor. 14.*  
 Vult omnes linguis loqui, magis autem prophetare: Qui *1. Cor. 4.*  
 facit hæc (sicut omnes doctores ecclesiæ, diligentissimè fe- *1. Pet. 4.*  
 cerunt) fidelis est minister Iesu Christi, et dispensator mul- *2. Tim. 2.*  
 tiformis gratiæ Dei. Isti fideles fuerunt, vnde idonei crant  
 & alios docere.

Duo denarij stabulario dati, quid sint. Caput III.

**N**ouum proinde et vetus testamentum, sunt duo de A  
 narij: quos Samaritanus noster, ex hoc mûdo ad pa *Luc. 10.*  
 trem rediens, stabulario tradidit: Hoc est, pastoribus et re *Act. 20.*  
 ctoribus ouium suarum, quas sanguine suo redemit. Ex *Ioan. 21.*  
 quibus singuli pastores, singulorum infirmitatibus mederi *Sap. 16.*  
 debent.

T 3 debent.

debent. Et ex quorum floribus, succis, herbisque ad medicinam aptis pharmaca debent componere, prout cuique opus est suo morbo pellendo & sanitati recuperanda. Neque enim herba aut malagma pharmacopolarum arte adhibitum, sed sermo Dei sanat contritos corde, alligat omnes contritiones eorum & sanat omnes infirmitates eorum. At ars artium est (teste diuo Gregorio) regimen animarum. Hic multa prudentia opus est, ut predicator unicuique quod eis prodest, proponat. Nam quod sanat unum, occidit alium, quod uno tempore prodest, alio officit. Verum hæc latiora sunt, quam hic tractari possint: Videat qui vult, diuum Gregorium in pastorale, ubi affatim hæc est profecutus parte tertia per totum.

*Supererogare quid sit. Caput V.*

**A** **S**I verò quid supererogauerint quod ædificat, quod pacem Dei, quod mores, quod honorem Dei, quod salutem animarum, ordinem, disciplinam, rigorem, vitiorum terminium, virtutum plantationem, & bonum promouet, ordinant, statuunt, decernunt, docent, declarant, erunt ex facis literis: hoc pollicitus est eis se redditurum ac remuneraturum, cum redierit ad vniuscuiusque mortem & retributionem.

**Phil: 4.** In istis duobus denarijs, imago & similitudo regis regum est expressa. Ista sunt duo vbera sponsæ, meliora vino, & vniuentis optimis fragrantia. Sunt duæ tabulæ, in quibus charitatis præcepta digito Dei sunt exarata. Sunt duæ tubæ argenteæ, quibus populus Dei ad prælium contra aéreas potestates excitatur, ad sabbatismum gratiæ conuocatur, ad castra monenda, & eundem de virtute in virtute pronocatur, cum quibus dicimus laudem Deo. Sunt duo ostia in templo Dei, quod nos sumus. Sunt duo gladij apostolorum, qui sufficiunt: Duo candelebra lucentia ante conspectum dei.

**Matt. 22.** Duo magna luminaria lucentia in firmamento caeli. Luminare

**Cant. 1.**

**Exod. 32.**

**Deut. 9.**

**Num. 11.**

**Luc. 22.**

**Apoc. 11.**

nare minus, quod nocti præfuit, tes. vetus est. Luminare maius, quod in die gratiæ lucet, nouū testamentū est. Sunt duo Cherubin ex auro purissimo, in quibus est scientiæ & sapiētiæ Christi plenitudo abscondita. Sunt duo testes veracissimi, in quorum ore stat omne verbum. Sunt duo talenta, quibus negotiari, & nostrā salutem cū metu & tre more debemus operari, donec dominus venerit.

Quis uerbum Dei debet prædicare? Sigillum secundum. Et Caput VI.

**M**ulieres, inquit Apostolus, in ecclesia taceant: In silentio autem discant, auscultando cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto. Ergo uirorum est functio ista. Sed nec omnium, sed eorum solummodo, qui ad hoc munus obeundum idonei sunt: Illis pro uincia hæc debet committi. Sic vindicator noster, non omnes ad istud officium, sed apostolos & septuaginta duos discipulos designauit. Sic Apostolus hoc oneris, episcopis & presbyteris, qui regunt ecclesiam Dei, imposuit. Qui potentes erant in doctrina sana ad alios exhortandos, & eos qui contradicunt reuincendos. Vnde ait propheta: Labia sacerdotis custodiunt scientiā, & simplices filij Dei ut columbæ, legem Dei requirunt ex ore eius: angelus enim domini exercituum est.

Sacerdotes & ciuitatis Dei speculatores atque custodes debent annunciare populo peccata eorū, & domui Iacob scelera eorum. Hinc Apostolus ait: Vē mihi si non euangelizauero. Nam si speculatores, populo Dei voluntatem & iudicia eius iusta non denunciant, Deus sanguinem pereuntium ex eorum taciturnitate de manu eorum requirit. Pascant ergo exemplo sanctæ conuersationis, cibo corporalis sustentationis, & pabulo uerbi Dei, eos qui sub manu eius sunt. Prædicent uerbum, instent oportunè, *impor-*

Sigillum secundum.

A

1. Cor. 14.  
1. Tim. 2.  
2. Tim. 2.

Matt. 10.  
Rom. 9.  
Luc. 9.

1. Tim. 3.  
Titi 1.

Matt. 10.  
Mal. 2.

B

Esa. 58.  
Ezech. 3.  
1. Cor. 4.  
Ezech. 3.

33.  
Hier. 6.  
2. Tim. 4.

2. Tim. 4.

impor-



importunè: Et iterum. Dum venio, attende lectioni & doctrinæ. Hæc enim faciendo, & teipsum saluum facis, & eos qui te audiunt.

1. Tim. 4.

Matt. 9.

Luc. 10.

Exec. 34.

At nunc messis multa est, sed operarij fideles pauci, qui syncerè verbum Dei & Christum prædicent. Quo fit, ut multi sint, qui veritatem audire cupiant catholicam, & desint qui doceant. Videat pastor bonus de cælo, & mittat operarios in vineam, cultores in suum agrum, & pastores bonos in ouile suum. Oves enim ecclesiæ iam sunt dispersæ in montibus, non habentes pastores.

Sigillum  
tertium.

Qualis debet esse uerbi Dei prædicator & minister?

Sigillum tertium. Caput VII.

A

2. Cor. 5.

Heb. 7.

Psal. 17.

1. Cor. 10.

1. Thef. 2.

2. Thef. 3.

1. Cor. 4.

Phil. 3.

1. Tim. 3.

Tit. 1.

AD quod dico: Debet esse instar Christi, pro quo legatione fungitur, & qui proponitur per eum: Innocens manibus, impollutus, & mundo corde, sanctus, segregatus à peccatoribus, ne cum peruersis peruertatur, & tanto excelsior cælis & alijs iustis quibus præest in domino in omni perfectione gratiæ & vitæ, quanto solis claritas & ardor, excellit alias stellas cæli in claritate & calore. In claritate quidè intellectus, per veritatis fidei cognitionem: In calore verò & ardore charitatis, per bonitatis amorem & operationem. Hinc doctor & magister gentium in fide & veritate ait de seipso: Placete omnibus in bono, sicut & ego per omnia omnibus placeo. Quia, sanctè, iustè, & sine querela omnibus adfuit. Seipsum omnibus formam quam imitentur dedit. Vnde ait: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Sed & illos nihilofecius obseruate, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Sic irreprehensibilis, & sine crimine in vita & conuersatione, sicut oportet Dei dispensatorem esse: Ornatus virtutibus, prædès, pudicus, hospitalis, benignus, sobrius, iustus, sanctus, continens. Sit item, non superbus, non iracundus, non uolens

nolentus, non percussor, sed modestus, non litigiosus, nō  
 turpis lucri cupidus. Ut nemini det vllam offensionem, *2. Cor. 6.*  
 ne vituperetur ministerium eius: sed seipsum in omnibus *Tit. 2.*  
 præbeat exemplum bonorum operum, in doctrina, in in-  
 tegritate, in grauitate. Sic primo debet curare seipsum, &  
 docere se, priusquam alios doceat. Deinde facere & doce-  
 re cum Christo: & cum Esdra parare cor suum, vt inuesti-  
 get legem Dei. Quia peccatori Deus dicit: Quare tu enar-  
 ras iusticias meas, & assumis testamentum meum per os tu-  
 um? Ex quo tu odis disciplinam &c. Summa, quos Deus  
 eligit ad hoc munus, hos cōformes facit imaginis filij sui:  
 vt idonei sint ministri verbi & noui testamenti. Et si pec-  
 catis sunt obnoxij, vt apostolus, Cyprianus, Augustinus,  
 multiq; alij emundat eos ab omnibus inquinamentis car-  
 nis & spiritus facitq; eos vasa in honorem, sanctificata uti-  
 lia domino & ad omnia opera bona parata.

*Luc. 4.  
 Rom. 7.  
 Act. 1.  
 1. Esd. 7.  
 Psal. 39.  
 Rom. 8.  
 2. Cor. 3.  
 2. Cor. 7.  
 2. Tim. 2.*

*Peccatores malæ uitæ, interim quòd sani sunt in fide,  
 sincerè possunt uerbum Dei prædica-  
 re. Caput VII.*

**N**ON hæc dixerim, quòd nullus peccatis irretitus  
 possit rectè prædicare uerbum Dei. *¶* Possunt qui-  
 dem peccatores, ambulantes uiam latam quæ ducit ad per-  
 ditionem, interim quòd sani sunt in fide, uutiliter alijs uer-  
 bum Dei seminare, sed ad propriè cumulum dānationis.  
 Saluant alios, damnant semetipfos: Docent alios deum de  
 mereri bonis operibus, & docent Deum quomodo eos dā-  
 nare debet pro suis sceleribus. Et ore proprio iudicatur:  
 os eorum condemnat eos. Sic multi laborauerunt in arcæ  
 ædificatione, qui perierunt propter peccata sua extra arcā  
 in aquarum inundatione. Iudæorum scribæ, pharisæi, & sa-  
 cerdotes magis ostenderunt ex Michea locum, ubi Chri-  
 stus erat natus, vt recta uia irent ad eum. At illi ad Christū  
 non

*A  
 Matt. 7.  
 Luc. 19.  
 Gen. 6.  
 Mich. 5.  
 Matt. 2.*

V non

Matt. 2.

non acceſſerunt per fidem, ſed per obſtinationem & odi-  
um iniquum, quo eum gratis oderūt, & pro eo quod eum  
diligent, poſtea ei detrahebant, magis ac magis ſe ab eo  
elongauerunt, ſemperq; longius à Deo ſalutari ſuo receſ-  
ſerunt. Lapides & manus in via poſita, rectam alijs qui in  
ciuitatem habitationis eunt, Hieruſalem videlicet cæleſtē  
ne errent in inuijs & inaquoſis ſicut oues quæ perierunt,  
viam oſtendunt, at illa ſtant immobilia, nec eūt cum eun-  
tibus, ideo in omnibus aeris at temporis moleſtijs perſeue-  
rant & pereunt. Stella quam Magi viderunt in oriente,  
recta via Magos ad Chriſtum perduxit: Sed ſupra domum  
ſtetit, nec eam cum Magis intrauit, nec in Chriſtum credi-  
dit, nec ſperauit: nec ſub potenti manu eius, ſe proſternen-  
do humiliavit coram eo: nec eum in fide, in ſpiritu & ve-  
ritate adorauit. Nec ex charitate ei munera obtulit. Imò  
vt doctores dicunt, miniſterio ſuo expleto, ruruſum in ter-  
ram aut aërem de quo formata erat, redacta eſt. Ad omne  
bonum & ſalutem verā, luce ſua perduxit magos: Illa autē  
ex miniſterio ſuo, nihil prorsus habuit emolumenti. Sic  
fabri lignarij & cementarij regibus terræ & quibusuis di-  
uitibus, altas aedes, magna palatia, caſtra ſuperbiſſima ad-  
ficant, ſed ipſi non habitant in eis. Sunt medici expertiſſi-  
mi, qui ſemper aut ſaltem crebrò malè habent: Nihilomi-  
nus, alijs opem eorum requirentibus, ſalutis antidota tri-  
buunt per quæ conualeſcunt de infirmitatibus ſuis. Sic a-  
lijs non ſibi vellera ferunt oues: mellificant apes: fructi-  
ficant arbores, laborant equi, vites abundant vuis, cana-  
les & aqueductus adducunt aquas: Ego eleemoſynas, pa-  
nem vitæ, aquam videlicet ſapientiæ ſalutaris, de manu  
mali ſerui & infidelis diſpensatoris accipio. De infide-  
litate & malitia, ipſe pro ſe rationem reddat domino  
ſuo. Candela lucendo alijs, ipſa in nihilum redigitur.  
Ergo ſi prædicator ſanus in fide eſt, ſed malè viuunt atra-  
men

men bene docet, quæcunque dixerit facite secundum o-  
 pera autem eius, nolite facere. Fit etiam per sæpe quòd o-  
 ptimi prædicatores, ad persuadendum cõiendaque corda  
 instructissimi, sapientia & verbis affluentes, doceant ali-  
 os, & seipfos non doceant, curent alios & non curent se-  
 metipfos. Verùm accipe tu salutis tuæ remedia, & dimitte  
 illum in languoribus suis interire, & computrescere in-  
 star iumentorum in stercore suis, si non vales eum con-  
 filio tuo iuuare, si non vult intelligere vt bene agat, & a-  
 nimam suam saluet, sed omne consilium Dei contemnit.  
 Sicut multi potestate præditi qui iustè, pacificè & piè, sub-  
 ditos suos moderantur secundum Deum, sed ipsi vel car-  
 nis curam in desyderijs cum scandalo multo faciunt, vel  
 iniustis legibus subditos grauant. Tu vt ere pace quam ser-  
 uant, respondeant ipsi Deo, si quid sceleris delignant.  
 Vnusquisque onus suum portabit, & pro se rationem red-  
 det. Sic & tu fac cum tuo prædicatore. Interim quòd sanus  
 est in fide, & viam Dei docet in veritate, vt ere sorte tua, de  
 scādalis vitæ ipse respondeat ante tribunal Christi, vbi nos  
 omnes manifestari oportet.

Matt. 23.

Rom. 2.

Luc. 4.

Ioel. 1.

Galat. 6.

Matt. 22.

2. Cor. 5.

*Diabolus, sui similes prædicatores mittit.*

Caput VIII.

**D**iabolus verò, qui locum suum non seruauit, in ve-  
 ritate non stetit, ab initio peccauit, semper circuit  
 quærens quos deuoret, qui accusat iustos, calumniatur in-  
 nocentes, turbat pacem habentes, consulit mala, odit ho-  
 minum salutem, similes sui subornat prædicatores aposta-  
 tas maledictos, pfidos votifragos, desertores, desperatos,  
 presumptuosos, Deo & hominibus odiosos, cõuersos in arcu  
 prauu in reprobu sensum datos, corde suo pessimo semp  
 machinâtes mala, cælum terræ, sancta profanis miscentes,  
 ius fasq; confundentes, omni tempore iurgia seminantes,  
 A  
 2. Pet. 2.  
 Iohan. 8.  
 Apo. 12.  
 Pro. 6.

V 3 nunquam

nunquam non vias domini iustas bonas & sanctas subvertentes: Qui laborant diu noctuq; vt iniquè agant, vt seducant, vt multos secum in damnationem pertrahât. Nec dormiūt, nisi malefecerint: nec rapitur somnus ab eis, nisi sup plâtauerint, in errores traxerint, fascinoerint multos bene currentes, ne obediētes veritati veritatem faciant, & crescant in charitate, in Christo, in salutem: Qui mundum & ea quę in mundo sunt diligunt & semetipsos, non Deū, homines vel magis diaboli, cupidi, elati, superbi, blasphemii, parētibus immorigeri, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace Christi, criminatores, incontinentes immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, cęci, voluptatum amatores magis quàm Dei.

Eiusmodi artibus Lutherus est instructissimus cū colit uie sua & cooperatores reprobus circa fidem. Talibus pennis sunt ornati harpię istę. Illis coloribus sunt, vt cognosci possint, depicti: Nempe, apostata in signes, obstināti in malitia, subdoli in verbis, veritatis subuersores & fidei. Illorum diabolus arte utitur & calliditate. Et nemiñe mittit, nisi viam veritatis prius abiurauerit, & retro abierit, relicta via Dei quam elegit, & in qua se Deo seruitorum promisit.

*Doctus debet esse prædicator uerbi Dei: Caput X.*

**S**ecundo loco requiritur, quòd uerbi Dei prædicator, in lege Dei sit instructus, & in lege eius meditetur die ac nocte. Vnde Timotheū apostolus effert laudibus, q̄ sacras literas ab infantia didicerit, quę eū instruere poterāt ad salutē per fidē. Sic apostolus ad pedes Gamalielis legē Dei didicit. Veritatē autē euangelij, non per hominē nec ab hominibus, sed per reuelationem habent Iesu Christi. Quapropter attendat, uerbi Dei præco lectioni, scrutetur scripturas, in lege domini meditetur die ac nocte. Sapientia omni-

omnium antiquorum exquirat: In multitudine presbyterorum prudentium stet, & prudentię illorum ex corde coniungatur, ut omnem narrationem Dei possit audire ab eis, et proverbia laudis non effugiant eum.

*Prædicator doctrinam suam conferre debet.*

Caput XI.

**D**Ebet cum doctis, cum ecclesiæ columnis, cum amatoribus veritatis, quæ prædicat conferre (ne in vacuum currat) cum apostolo Paulo: Si hoc ille fecit, qui fuit in tertium cælum raptus, et tam arcana verba audiuit quæ non licet homini loqui: qui euangelium suum habuit per revelationem Iesu Christi, qui tanto miraculo vocatus fuit ad culmen functionis apostolicæ, qui tametsi signis, virtutibus, prodigijs atque miraculis stupendis sequentibus claruit, quibus dominus sermonem eiusdem confirmavit, nihilominus non motu proprio, sed per revelationem Hierosolymam concessit, ac seorsum cum apostolis contulit euangelium quod prædicavit in gentibus, quid nos facere oporteat, qui sumus exigui temporis, crassioris Minerue, et minores ad intellectum iudiciorum et sacramentorum Dei, nemo non videt.

*Lutherus nullius iudicium super doctrinam suam vult sustinere, et cur hoc?*

Caput XII.

**L**utherus verò adeò prudens est apud semetipsum, adeò sibi ipsi sapiens et in oculis suis, tam alta sapit, quæ similis altissimo factus est, et nullius iudicium pati vult suæ doctrina. Et hoc certè non absque rationibus magnis. Nam malè sibi conscius non ignorat (ut timida est nequitia, et semper se qua presumit perturbata conscientia) quæ mox ut doctrina sua examinaretur, doli deprehenderentur, errores se ipsos proderent, hæreses manifestarentur. Sicut falsa

V 3 moneta

moneta, mox vt in manus eorum qui in auro & argento operantur venit cognoscitur: Qui malè agunt, lucem odunt, nec ad lucem veniunt, ne arguantur & cõdemnentur opera eorum. Sed vltra non proficient, quia nõ solum insipientia, sed & malitia & nequitia eorum, iam manifestata est omnibus, & lumine repræhensa & damnata. Sic impostores & viles merces habentes, merces suas commendant, iurant & peierant, vt simplicibus imponant. Bonum vinũ, bona merx, seipsam laudat & prodit. Sed laude propria indigent, quos rea conscientia accusat intus, & damnat. Verũ, qui seipsum commendat (etiam si Stentoreo id clamore faceret) ideo probatus non est, iustus & bonus, sed quem Deus commendat.

**B** At incidit in Scyllam, dũ voluit vitare Charybdin. Quia dũ nullius iudiciũ sustinere voluit vel censuram, eo prolapsus est insipientiæ ad confusionem suæ superbiæ, q̄ trahit, seipsum manifestissimè, idq̄; ferme in omnibus, quæ temerè cõtra Catholica dogmata effutiuit. Nã negat quæ asseruit, & asserit quæ paulò antè negauit. Et sicut vbiq̄; se cum dissidet ipse, sic caudarũ suarũ nullus est, qui sui non impugnet dicta magistri. Vnde fit, vt ignores, vt Flaccus ait: Quo teneas nodo mutantem Prothea vultũ. Nam impius, facit opus instabile. Sic deus misit spiritũ pessimũ diffensionis, sed nobis vtilissimũ: inter eos. Nã multi ceperunt eum detestari ac traduxerunt ditis libris, & scelera sua ei exprobrare. Nã sicut pax bonorũ, ita discordia, malorũ est optima. Sicut è cõtrario, Nihil discordia bonorũ, & concordia ac pace malorũ peius & damnabilius est in mundo. Sic manus profani huius Ismahelis est contra omnes orthodoxos & manus omĩum etiam suorũ, in multis est contra eũ. Sic blasphemus iste Sennacherib, à filiis suis, iusto dei iudicio occiditur. Sic pprio gladio spurij huius, qui agnibus Israhel fastu superbissimo exprobrauit, caput am-

IOAN. 3.

2.TIM. 3.

EPHE. 5.

2.COR. 10.

PROU. 11.

IUDIC. 9.

GENE. 16.

4.RE. 19.

1.REG. 17.

putatur. Ideo, cum regnū eius ita sit in se diuisum, in proximo eius desolatio speranda est.

Matt. 12.

Luc. 11.

Præcones ergo verbi Dei, scientiam legis habere debēt, vt discernere possint inter sanctum & profanum, pollutū & mundū, vt scientiam salutis, sanctorū & dei dare possint plebi commissæ sibi, in remissionem peccatorum eorum.

Leuit. 10.

Luc. 1.

Sap. 10.

Eesai. 11.

Verūm, quis sine mœrore cordis, deploratissima nostra tempora recogitare potest, quando episcopi, sacerdotes & propheta, præ vino inscij sunt, & errāt præ ebrietate à via dei, sicut oues quæ perierunt. Absorpti sunt (ait os domini) à vino, errant in ebrietate, nesciunt deum, ignorant iudicium, Quem ergo docebunt iustitiam, & quem intelligere facient voluntatem dei bonam, beneplacentem & perfectam, cæci isti speculatores? Proh salus, quot sunt modo inter episcopos, sacerdotes & religiosos, filij Belial, nescientes dominum, neque officium sacerdotale ad populum, ventres, & pro deo ventrem habentes. Propter hæc, lacerata est lex: & non peruenit vsque ad finem iudicium: Ideo leges contemnuntur, ius mutatur, scædus sempiternum dissipatur, & malitiæ diluuium inundauit, & perdidit omnes. Iusto insuper dei iudicio fit, vt sicut sacerdotes scientiam dei repellūt, repellit & eos dñs, ne ei sacerdotio fungantur, vt cernimus in præsentiarum.

Eesai. 28.

56.

Rom. 12.

2. Reg. 1.

Abac. 1.

Esa. 24.

Osee 4.

Prædicator debet in dilectione ardere.

Cap. XIII.

Tertio loco, in ministris verbi dei requiritur affectus inflammatio: vt legem dei igneam, & ignitum dei eloquium vehementer (Omnis enim sermo dei, ignitus clipeus est) ignea lingua docere possint. Hinc super discipulos in linguis igneis spiritus sanctus venit, quādo igneam euangelij legem prædicare in toto mundo debuerunt: Vt verbis afflueret ad ea docenda quæ spiritus sanctus loquebatur per eos, & igne diuini amoris auditorū animos

Deut. 33.

Psal. 118.

Prou. 30.

Act. 2.

Matt. 10.

& pe-



& pectora inflammarent. Quia, vanus nulliusq; momenti est sermo prædicatoris, si auditoribus non præbet incendium amoris. Sed quomodo valet, qui frigidus est et tepidus, in aliorum corda ignem diuini amoris accendere? Neque extinctus carbo, nec candela extincta alios accendunt aut ardere faciunt: sed igniti carbones alios, et accense candelæ alias accendunt. Igitur ex prædicatoris ardore, fructus eius doctrinæ perpenditur. Vnde fit, vt qui multum amat, et tali amoris flamma ardet vehementer, fructum multum adfert. Qui parum, paruum: Qui nihil, nullum. Talis minister verbi Helias fiunt, qui zelans pro domino exercituum, surrexit quasi ignis, et verbum illius quasi facula ardebat. Sic vindicatore nostro teste, Ioannes (inter natos mulierum maximus coram domino) lucerna ardens erat in se, et alijs lucens, per omnis iustitiæ impletionem. Ardebat, ideo ad eum omnis Iudææ regio confluit, confitebantur sua peccata in pœnitentiam. Et relicta malitia, conuertebantur ad dominum, custodientes propter verba labiorum eius vias duras: Sic Apollo, feruens spiritu loquebatur, et hoc modo multum contulit ijs qui crediderunt. Sic et apostolorum verba post susceptionem spiritus sancti, ignita erant: et ex eorū ignito corde, perinde ac flammæ ex fornace vehementer accensa, ac igne plena erumpent, ac omnes circumstantes præordinatos ad vitam eternam, accendebant. Hæc vnica ratio est, quare tam breui in tempore, tam multos saluos fecerint, tam multum in patientia attulerint, in vasto mundo. Sic Franciscus, sic Dominicus, sic alia luminaria mundi, tam multos conuerterunt, quia illo diuino igne vehementer intus arserunt.

**B** Verum, qui igne concupiscentiæ et cupiditatis ardent, qui nunquam dicit sufficit, sed iugiter, affer, affer clamat: Vel facibus carnalis libidinis, quibus æstuat et vsq; ad inferni, nouissima ardent oēs, hæretici (teste Diuo Hierony-  
(mo)

mo) etiam in breui fructificant morti & multi sequuntur *2. Pet. 2.*  
luxurias eorum, & sic vna post carnem in concupiscentia  
immundicie insatiabilis, ambulat. Sed hæc sicco calamo  
transeo, quia malitia huius temporis, hæc nimis credibi-  
lia fecit.

*Prædicator debet habere legitimam auctoritatem suæ  
functionis.*

Cap. XIII.

**Q**uarto loco, ad verbi dei prædicatorem requiritur **A**  
legitima auctoritas & missio. Sic Apostolus con-  
stituit per singulas ciuitates & ecclesias, episcopos & pres-  
byteros: De communi turba, quæ hoc fecerit, nihil ibi dici-  
tur: sicut præsumit præsumptio Luderana! Sic Deus olim  
fideles operarios sanctosque prophetas in vineam suam mi-  
sit excolendam: postea vnicum filium suum. Seruator item,  
duodecim apostolos & septuaginta duos discipulos misit,  
in omnem locum & ciuitatem, quo erat ipse venturus.  
Deus huius seculi, princeps huius mundi, tenebrarum  
harum rector, in hoc Deum & Christum est imitatus. Nam  
& ipse ab initio, serpentis lingua vsus est: ad protoplasto-  
rum seductionem: Fuerunt & pseudoprophetæ in popu-  
lo electo, cui legem igneam dederat Deus: qui prædicabāt  
& seducebant populum, nõ Missi à Deo: vt infinita de his  
testimonia obuia sunt in antiquo testamento. Nam visio-  
nes mendaces, & diuinationes fraudulentas, & seductiões  
cordis sui, instabili populo prædicabant, & populus dile-  
xit talia.  
Erunt & tales in vobis (dicit S. Petrus) qui veniunt in  
vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.  
Et quod peius est ex nobis ipsis exurgent, & prodibunt,  
sed non sunt de nobis. Nempe, de ouibus Christi, de vasis  
electionis & misericordie alioquin permansissent nobiscum,  
& collegissent nobiscum: At illi lupi rapaces sunt, nõ par-  
centes

- centes gregibus, sed dispergunt, rapiunt, perdunt, mastrat  
 & grassantur sine modo, loquendo peruersa, & discipulos,  
 (pares sibi in malitia) post se abducunt.
- D** Ideo vigilate, ait tuba euāgelij, super custodiam gregis  
 vestri. Quoniam si vnus, etiam minimus, perierit, ex negli-  
 gētia vestra, illius sanguinem de manu vestra Deus requi-  
 ret. Etenim anima vestra, pro anima illius. Hanc ob causam.
- Ezech. 3.** Tito mandat, vt eos qui idonei sunt ad munus illud ob-  
 eundē, instituat præcones & rectores in ecclesia Dei, quā  
**3. Re. 20.** Christus sanguine suo acquisiuit, & de manu inimicorū  
**Tit. 1.** redemit: Turbis verò, hac de re nihil scribit. Sic & Timo-  
**2. Tim. 2.** theo, filio gratiæ, scribit & præcipit: vt ea quæ accepit &  
 audiuit ab eo, fidelibus hominibus commendet (nō apo-  
 statis damnatis, non desertoribus ecclesiasticæ vnitatis, nō  
 viris Belial, non subuersoribus populi & viarum dei) qui  
 idonei, ratione vitæ, doctrinæ, & dilectionis feruidæ, sint  
 ad alios docendum. Nam, quomodo prædicabūt, nisi mit-  
 tantur, à legitima potestate & legitimo modo? Hinc tam  
 crebrò ait Apostolus de seipso: Paulus apostolus Iesu Chri-  
**Rom. 10.** sti, secundum voluntatem Dei. Item, Paulus vocatus sine  
**Rom. 1.** accitus Apostolus. Fuit ad functionem apostolatus, voca-  
**1. Cor. 1.** tus à deo & filio dei Iesu Christo: nō ingessit semetipsum,  
**Ioan. 10.** non ascendit aliunde, vt pseudoapostoli, & missi contra  
 dei & ecclesiæ regulam & ordinatinem.

*Missio predicatorum fit multis modis.*

Cap. XV.

- A** Verum, Lutherus sicut & omnes alij fures, lupi & la-  
 trones, asserit se pari modo vocatū à deo, & missum  
 à Christo pro ecclesiæ reformatione, fermè dixerat destru-  
 ctione & subuersione, vt opera quæ fecit, testimoniū per-  
 hibent de eo. At, mendacium hoc impudens & diabolicū,  
 vera est responsione detegendum, qua & sycophanta per-  
 frictæ frontis, mūdo toti traducatur. Quapropter dico, cū  
 nullus

nullus nisi mittatur debeat predicare, teste Apostolo: ideo Rom. 10.  
obiter sciendum, q̄ missio ista multifariam multisq; mo-  
dis fieri potest.

Aliqui namq; mittuntur à Deo immediatè, sicut Moses, B  
Aaron, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Dauid, Ioanes  
Baptista, Apostoli & septuaginta duo discipuli, & alij mul-  
ti nec non ipse vnigenitus filius Dei, qui ait de seipso: Nō  
veni à meipso, sed pater me misit. Sed qui sic mittunt, illos  
oportet, q̄ missione suam probet miraculis, virtutibus &  
signis. Vide Iudæi Christo dixerūt: Quod tu facis signū,  
vt videamus & credamus tibi? Ille autē signa tam stupenda  
fecit, q̄ nemo alius fecit. Circuibat docens & pdicans euan-  
gelij regni, & sanans oēm languorem & oēm infirmitatē  
in populo. Et hanc potestatē etiā apostolis dedit & septua-  
gintaduobus discipulis, Matt. 10, Luc. 10. Act. 5. Sic sermo-  
nem eorū cōfirmavit, sequentibus signis. Et quoties De-  
us aliquem misit in signē, pro vineæ suæ cultura, pro ouiuū  
suarū curatione singulari, & ecclesiæ reformatione, hunc  
semper in vita fecit & cōuersatione Christo similit, illumi-  
natū in fide electorū, inflammatū ardentēq; in amore Dei,  
portare imaginē Adæ celestis, illustrem autenticumq; in  
miraculis, prodigijs & signis veris salutaribusq; quibus  
vitam & doctrinā eius cōfirmavit. Vt taceam apostolos &  
discipulos septuaginta duos: Martinū, Nicolaū, Ambrosi-  
um, Augustinū, Benedictū, Antoniuū magnū, Hilarionē,  
Bernhardū, Franciscū, Dominicā, Sanctū Bernhardinū de  
Senis, Ioannē Capistranū, & id genus innumeros alios, in  
q̄bus videm⁹ id verificatū. Hinc vas electiōis ait de seipso:  
Signa apostolatus mei, facta sunt super vos in omni patietia,  
in signis & prodigijs & virtutibus. De q̄bus idem tuba euā-  
gelij ait ad Hebræos: Fides nostra in nos confirmata est,  
contestante Deo, signis & portentis & varijs virtutibus,  
& spiritus sancti distributiōibus, secundū suā voluntatē.

Ioan. 12.

et 20.

Ioan. 6.

Ioan. 15.

Matt. 4.

Rom. 3.

Luc. 6.

Act. 10.

Rom. 16.

Rom. 8.

I. Cor. 15.

2. Cor. 12.

Hebr. 2.

Act. 2. Et in alio loco Lucas ait: Multa signa & prodigia per apostolos fiebant in Hierusalem. Et rursus: Per manus apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe. Et de Stephano dicitur, quod faciebat signa & prodigia magna in plebe.

C Sic & Moses fidelis minister in omni domo Dei, cum mittebatur ad populi electi vindicationem, ad dominum dixit: Nō credent mihi Iudæi, neq; audient vocem meam, sed dicent: Non apparuit tibi dominus. Tūc dominus tria signa dedit ei, quæ coram populo facere deberet, ad certificationem legationis suæ, quæ & fecit, teste scriptura.

Exod. 3. Et postea decem horrenda signa fecit in Ægypto: Mare diuisit in diuisiones: Aquas amaras dulces fecit, aquas largissimas vna & altera vice de petra durissima eduxit: Hostes orando prostrauit: erecto serpente mortuo, à viuis & ignitis serpentibus percussos sanauit, Iosua Jordanis aquas diuisit, solem in medio celo immobilem stare donec hostes fuderat, fecit: Taceo Samuelem, Heliam, Helisæum, & illius temporis vasa misericordiæ, in quibus deus se amabilem & mirabilem (eos exaudiendo & vlciscendo in omnes adinventiones eorum) ostendit. Taceo prophetas multos illius temporis, qui miris signis, quæ prædixerunt in nomine domini & euenerunt, functionē missionemq; suam confirmauerunt. Antè me tempus deficeret, priusquàm eos ex ordine, cum signis suis enumerarem.

Ioannes quare signa non fecit. Cap. XVI.

A T hic scycophanta in status superbia, paratione ad contradicendum, quàm ad acquiescendum: & credendum veritati, & seipso doctior, oggannit: Ioannes baptista, magnus coram dño, missus fuit à deo ad testimonium veritati perhibendum, atq; ad parandam dño plebem perfectam.

Qui

Qui & multos filiorum Israel ad dominum conuertit, sed ille nullum signum aut miraculum fecit: quamuis inter natos mulierum, sanctior eo, & maior surrexerit nullus. Ergo falsum est dogma tuum. Sed audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia: Noli epinicia cantare ante legitimum certamen, & hostem victum atque suas copias. Non gloriatur accinctus aequè vt discinctus.

Luc. 7.

Ioan. 10.

Matt. 23.

21.

Roma. II.

Luc. 20.

3. Reg. 20.

*A Ioannis Baptiste missio unde probetur. Cap. XVII.*

**P**roinde sciendum, quòd quamuis Ioannes signa non fecerit, aliunde nihilominus missionis suæ testimonia verissima habuit, quòd missus fuit à Deo. Dispensatione namque diuina actum est, vt ille nullis signis & miraculis legatione sua firmaret, vt hæc gloria filio Dei seruariet. Vt eò propensiores ad fidem Christi essent, quato eum cernerent in operibus mirabiliorem, & in documentis magis autenticum, & efficaciorum, habuit ad abundantiam testimonium sacræ scripturæ, in Esaiâ: vbi vox clamantis in deserto futuris prænantur. Et hanc de eo scriptam esse vaticinationem, ore proprio confessus est, vt omnes testantur euangelistæ. Habuit & testimonium legationis suæ ex Malachia. Et quòd propheta, Ioannem ibi designauerit, testatur pater cælestis de Ioanne dicens: Hic est, de quo scriptum est: ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Habuit & multiplex testimonium filij Dei de se, vt longum adscribere foret. Si autem vrges quòd signa non fecit. Respondeo, quòd Deus signis multis ostendit, quòd placita fuit ei anima Ioannis, & quòd fuit missus ab eo. Nempe faciens eum nasci, de matre senescente & sterili: patrem propter infidelitatem priuando vsu linguæ, organa vocis reformando ei in integrum, cum puer natus fuisset, dies octo.

A

10. 12. 23.

11. 10. 1.

Esai. 40.

10. 10. 1.

Mal. 3.

Matt. II.

Rom. I.

Luc. 2.

Rom. I.

Rom. I.

Rom. I.

X 3 Aliqua

Aliqui propheta & sancti signis non caruerunt.

Caput. XVIII.

**A** Rvius alio ariete, omnia vincentem veritatem (sed frustra) impugnant magistri mendaces vt suæ fucæ prætexant impietati: Dicunt enim: Propheta multi à Deo missi sunt, multi item prædicatores sancti, qui nullo miraculo, quod legimus in sacris literis, vel historijs fide dignis, doctrinam suam confirmauerunt: nec expressum testi-  
*3. Esd. 4.* monium legationis suæ ex scripturis adferre possunt, Amos, Michæas, Abacuk, Malachias, Lucas, Barnabas, Titus, Timotheus, & cæteri. Ad quod respondemus: Primò, quòd Christi facta & documenta nò sunt omnia scripta, ergo nihil mirum, si pauca vel nulla de eximijs virtutibus & miraculis multorù sanctorù sunt neglecta. Sufficit discipulis, quòd sunt sicut magister eorù: Quid de vndecim apostolorù doctrina & miraculis in actis apostolicis est digesta? Petri pauca: Pauli multa opera bona in eis digesta sunt: de alijs ferme nihil. Et quis tam perfrecta frontis, aut tam obstinata mentis est, qui negare velit eos multos saluos fecisse sua diuina doctrina, inculpata vita, eademque confirmasse sequentibus signis: quãdo hæc difertis verbis attulit euangelista Marcus?  
*Ioan. 21.*  
*Matt. 10.*  
*Ioan. 15.*  
*1. Cor. 9.*  
*Rom. 16.*  
*Matt. 12.*  
*1. Tim. 2.*  
*Rom. 1.*  
*Rom. 12.*  
*1. Cor. 12.*  
*Epe. 5.*  
*omnia*

Monachus ubi fundatus sit in sacris literis.

Caput. XIX.

**A** Impudens autem mendacium est, quod perfrecta fronte de malo cordis sui thesauro proferunt: Minores & inferioris gradus prædicatores, suæ legationis nullù in scripturis sacris habere testimoniù. Apostolus & doctor gentiù in fide & veritate: istis fidei subuersoribus, mente corruptis & veritatem Dei in mendacium commutantibus respondet, dicens: Vos estis corpus Christi, & membra de membro eius & iterù membra sumus corporis Christi, de carne eius & de ossibus eius. Et quosdã quidem posuit. Quosdã dicit, non omnes.

omnes (in ecclesia enim malignantium iudeorum nul-  
lus ordo, sed omnia commixta sunt & confusa) Deus in-  
quã in ecclesia iustorum quosdã posuit. Primò quidẽ aposto-  
los, secundò prophetas, tertio doctores. Deinde virtutes,  
exinde gratias curationũ, opitulationes, gubernationes,  
grati & linguarũ, interpretationes sermonũ. Ergo minores  
& inferioris gradus (vt sunt monachi) suum titulũ, nepe,  
opitulationũ in apostolo habent. Quod vel ex inscitia vel  
malicia nõ pudet ipsos magistros mendaces negare. Sed vl-  
tra non proficient aduersarij veritatis. Inipientia enim il-  
lorum & affectata malicia est omnibus iã manifesta & no-  
tior propediem fiet: Hic multa de industria transeo.

*Vita prædicatoris, potius quàm signa sunt, contuenda.*

Caput X X.

**D**ico insuq, quod in prædicatore veritatis, magis vita  
& cõuersatio docetis attédenda sunt, & fructus doctri-  
næ quã signa & prodigia: Hinc Christus ait de seipso: Si mi-  
hi siue verbis meis nõ creditis, operibus credite quæ facio  
in nomine patris mei. Illa em̃ testimoniũ perhibet de me.  
Quod non tam de miraculis eius, quã de operibus suis bo-  
nis, accipi debet. Hoc ipsum apostolus inculcat vbiq;: Nẽ-  
pe, quod sanctè, iustè & sine querela credentibus adfuit.  
Si verò Balaam obtrudis & Cai pham, quos prophetasse B-  
nullus ignorat, quorum nihilominus neuter sanctè vixit  
aut signa fecit. Respondeo: Quamuis neuter eorum spiritũ  
sanctum habuit vt inhabitatorem, habuerũt nihilominus  
spiritũ sanctum vt linguarum suarum motorem. Et quã-  
uis vitæ fuerũt & cõuersationis iniquæ, nihilominus doctri-  
na eorũ bona: sancta & pia erat, & cũ lege dñi p oĩa cõcor-  
dabat eo modo quo illo tẽpore ab electis Dei prædicabatur.  
Ideo doctrinã eorũ recipimus, quæ fuit à spiritu sancto, &  
illos dimittimus in suis sceleribus viuorum ac mortuorũ  
iudican-



- Matt. 23.** iudicandos. Facimus quæ dixerunt, secundum opera verò eorum non facimus. Illud bonum, hoc malum est. Illud ex Deo, hoc ex diabolo erat. Sicut & hodierna die (vt prius dixi) etiam audimus prædicatores malæ vitæ, interim quæ sani sunt in fide, & viam Dei docent in veritate, sine quouis erroris fermento & corruptione, audimus etiam dycolos, operâtes iniquitatem, & graues iniquitate, interim quod id ipsum sapiunt cum ecclesia Dei in alterutrum secundum Iesum Christum & vnanimes in fide, vno ore honorificant Deum nobiscum, & patrem domini nostri Iesu Christi.

*Fructus doctrine, in prædicatore aspicere oportet.*

*Caput XXXII*

- A** Postremò, in prædicatoribus, qui doctrinam suam signis veris, portentis & prodigijs nõ confirmant, nec ipsam missionem vllò prophetico aut aliò certo scripturæ sermone asseruunt (quod infallibile & verissimum est) fructus doctrinæ eorum attendere oportet. A fructibus namque arbor, & à bonitate auditorum prædicator verbi Dei, cognoscitur. De quibus fructibus libro primo multa sunt dicta, quæ legantur ibidem.
- B** Nam veniunt quidam in signis mendacibus, virtutibus & signis tam stupendis in omni seductione iniquitatis eis qui pereunt, eò quod veritatem charitatis non receperunt, vel receptam non custodierunt vt salui fieret: Ideo Deus mittit eis operationem erroris, vt credant & consentiant mendacijs, & iudicentur ad mortem æternam omnes, qui non crediderunt & consenserunt veritati, sed iniquitati. Et signa illa falsa, tam magna erunt, ita vt in errore inducantur (si possibile foret) etiam electi ante mundi constitutionem in Christo vt sancti essent, & immaculati in conspectu eius in charitate.



de quibus libro primo. Sic abudè ostensum arbitror, quo modo verus præco verbi Dei à Deo immediatè absq; hominum consensu missus, ab hærico, Apostolo Satane, duce cæco, seductore diabolico discerni debet.

*Mittitur aliquis à Deo & hominibus coniunctim.*

*Caput. XXIIII.*

- A** SECUNDÒ, aliquis mittitur à Deo & hominibus simul.
- Act. 9.* Sic vas electionis ad hoc munus à Deo vocatus fuit. Nilominus ad id officij ab Ecclesiæ columnis, segregatus eū Barnaba est, & destinatus. Illa missio, fit modis multis.
- Act. 13.* Nam mittens aliquē, ad oves Christi pabulo verbi Dei ascendas, ad excolendā vineam quā transtulit de Aegypto, Christus facit hoc legitima autoritate & secundum Dei voluntatē: Ut sunt veri & Catholici episcopi, & alij potestate præditi, quibus munus hoc est delegatū. Ab istis missus, si sanus est in fide & viam Dei docet in veritate, opere & sermone, verus est minister & idoneus verbi Dei, quod
- 1. Pet. 4.* est spiritus & vita: Et ex eius dispensatione fidei, multiplicis gratiæ Dei, auditores crescūt in salutem, viuunt dignè deo & eius euangelio, fructificāt in omni opere bono.
- Col. 4.* Om̄ibus sunt odor bonus Chri, om̄ibus placent in bono.
- 2. Cor. 2.*

*Misi ad prædicandum à subuersis in fide, fermento errorum, hæresum, malitiæ & nequitia corruptis, eos non iustificat.*

*Caput XXV.*

- A** Ut, pastores corrupti sunt fermento Saducæorum, quod est hæresis: & damnabilibus sunt erroribus obtenebrati: Aut abominabiles facti in suis horredis, grauius, manifestisq; sceleribus quæ faciunt, in quibus scandalizant paruulos, percutiunt conscientias infirmorū, infirmant in fide instabiles, occidūt etiam viuentes in Christo, damnant & se & alios, Hoc est fermentū malitiæ & nequitia
- Rom. 14.*
- 1. Cor. 8.*
- 1. Cor. 5.*

quitiæ Pharifæorum & Herodis. Et isti: si sua abutuntur Rom. 8.  
 potestate & autoritate, & similes sibi in scelerib<sup>9</sup>, ad hoc  
 munus deputant, qui placentia eis loqui, oleum eis vende- Esa. 30.  
 re, os eis sublinire, eos lactare, eos in malitijs laudare, & in Matt. 25.  
 iniquitatibus benedicere & beatos dicere velint, & ope- Osee 7.  
 re & veritate etiam faciunt. Quia princeps & prælati, li- Psal. 9.  
 benter audiens verba mendacij, hæreticæ doctrinæ: omnes Prou. 29.  
 ministros habet impios: Maximè & super omnia, prædica-  
 tores detestabiles, qui in malitijs suis eos lætificent, & in Osee 7.  
 mendacijs suis eos palpent & decipiant, atq; per vias quæ Prou. 14.  
 eis videntur bonæ ducant, sed nouissima earum ad infer-  
 ni profundissimū deducunt. Isti mittendo lupos in ouile, & 16.  
 supra modum peccant peccatum, quod nec in hoc secu- Matt. 12.  
 lō remittitur neq; in futuro. Atq; rei sunt omniū anima-  
 rum, quæ pereūt ex suæ abusu potestatis. Potestatem fateor, 2. Cor. 10.  
 Deus dedit potestatem præditijs, tum spirituali, tum seculari,  
 quia omnis potestas à Deo est, sed in ædificationē ecclesiæ Roma. 13.  
 & credentium: non in destructionem, perditionem uē ani-  
 marum. Sic Herodis, sic Pilati: sic Iudæorū potestas à Deo 2. Cor. 13.  
 fuit. Nō vt Christū persequerentur iniuste & occiderent,  
 sed vt eum diligerent, fidem eius defenderent & doctri-  
 nam: Et ipsi cum subditis quos ad hoc compellere & indu-  
 cere debebant, in fide & doctrina Christi simul saluarentur.  
 Qua potestate, dum abutebantur, & se ipsos & alios qui  
 cum eis consenserunt, damnauerunt in eternū. Talia, heu, Rom. 1.  
 nunciatis malis diebus & periculosissimo tēpore, fieri cer-  
 nimus. Nam (proh scelus) multi potestate præditi, à veri-  
 tate Catholica auditum auerterunt, & conuersi sunt ad fa- 2. Tim. 4.  
 bulas, ad insanias falsas: ad peruersa Iuderanorum dogma-  
 ta; ad diabolica mendacia: Ideo non sustinent sanam do-  
 ctrinam quæ est secundum euangelium gloriæ beati Dei,  
 sed magistros mendaces (vt apex eos vocat apostolorum) 2. Pet. 2.  
 sibi coaceruāt, qui per dulces sermones & benedictiones, Rom. 16.

corda innocentium seducunt, & vna omnes in foueam cadunt, duces cæci & qui eos sequuntur. Caput & cauda, teste Esaiâ: Et populus insipiens, qui diligit talia. Vt multis pastoribus huius temporis, qui non solum tacent, conuient & dissimulant dum lupos cernunt oues suas dispergere, rapere, perdere, iugulare, sed ipsi dato pretio magno, lupos vocant, & ad iugulandum & seducendum oues hortantur. Et in his rebus pessimis exultant, in tantis malicijs gloriatur, perinde ac sic iusticiam fecerint & Deo obsequium.

*Malos mittentes ad predicandum, sunt damnati.*

Caput XXVI.

**A** Iusmodi episcopi & prælati, non sunt pastores secundum cor Dei, sed fures & latrones. Non pascunt oues, sed iugulant. Non custodiunt oues, sed tradunt eas luporum dentibus deuorandas: Non sunt vigiles: sed proditores: Non sunt vicarij Christi, sed ministri Diaboli: Non sunt honore digni, cum sint canes muti, speculatores cæci, maledicta idola, & abominationes desolationis stantes in loco sancto. O mercenarij damnati, quid principi pastorum respõdebitis, cum dixerit vobis: Vbi est grex vester qui datus est vobis, pecus inclytum vestrum? Non videbitis faciem meam, nisi minimum fratrem vestrum adduxeritis vobiscum. Oportet proinde diligentissimè examinare eos, quibus munus hoc committi debet, vt idoneis vita, scientia, eloquentia, pietate & omnibus numeris ad hæc munia obeunda sint idonei. Hinc consequens est, quòd electi & missi ab hæreticis damnatis, ab episcopis, principibus, ciuitatibus, nobilibus & alijs quibuscunque, hæretica prauitate & fermento errorũ corruptis siue papa fuerit siue cardinalis siue episcopus, siue officialis: siue imperator siue rex, siue princeps aut consulatus, impiè agit, lupus

Iupus est, non pastor, fur & latro, sua abutitur potestate. Sed & reus est omnium animarum quæ per eum seducuntur: & omnium malorum quæ per eum fiunt particeps est, Nam Hieroboam radix peccati, scelestus Achab, impius Achaz, Blasphemus Manasses, perditus Amon, & id genus multi alij impij reges in populo Iudæorum fuerunt, qui prædicatores iuxta sua desideria mala elegerunt & instituerunt. Verùm, abusus potestatis, impietas in Deum, crudelitas maxima in populum fuit.

Constantius imperator & multi alij imperatores Ariani, Donatiste, Pelagiani, Manichei aliarumq; hæresum defensores: sed & infiniti episcopi, fermentis istis corrupti, suæ farinae prædicatores designauerunt. Verùm, dum capita languebant, errabant, corrupta erant, simul perierunt omnes: Nec profuit missis, quòd autoritate & potestate præditorum, missi fuerunt: Nec in minimo excusat eos coram Deo.

*Apollo, quomodo auspiciatus est munus prædicandi, rectè*

*& ordinate. Cap. XXVII.*

**S**icutem aliquis prædicare auspiciatur, nõ missus à Deo, **A**ut potestate legitima præditis: vt de Apollo oppopit Luderus mendax: Tunc si viam Dei in veritate docet: nec *Act. 18.* terminos antiquos quos patres posuerunt, transgreditur, *Prou. 22.* ac prius viam Dei edoctus est, peritus in scripturis, & diligenter ea quæ sunt Iesu Christi loquitur, nec seipsum quærit, assumi debet in coadiutorem, & diligentius instrui: Sed & eius opera & labores in vinea Dei, debent à potestate præditis approbari, & ipse (sicut de Apollo factum est) *Acto. 18.* in operarium vineæ assumi.

*Exemplum Apollo, est contra Lutheranos.*

*Caput XXVIII.*

Y 3 At

**A** T nunc, quàm nihil hoc pro Luderanis faciat & sue farinae complicibus: vel cæcus videre posset. Imò eum cum colluuiæ suæ, manifestè condemnat. Nam sex Iuderana, non docet ea quæ sunt Iesu Christi, sed quæ sunt diaboli. Nec dignatur ab ecclesiæ columnis examinari & approbati aut instrui: sed oēs Catholicos, tum viuos, tum mortuos, cane & angue magis abominatur, exhibilant & abhorrent. Nec assumuntur à bonis & rectis ecclesiæ capitibus: sed damnati sunt cum scriptis & documentis suis.

*Lutherus missionem suam probauit, sicut diabolus, Machomet, Arrius, & alij heretici. Caput XXIX.*

**A** Q vando igitur Lutherus suam missionem ostendere non potest esse à Deo. Non per miracula, quorum haftenus fecit nullum, illo excepto: de quo gloriatur in expositione Psalmi 44. videlicet, Eruçtauit cor meum, dicens: Papista dicit me nullus miraculis meam doctrinam confirmare. Quibus respondeo: hoc maximum esse miraculum & maius omnibus miraculis unquam factis, quod doctrina mea in tam breui tempore sine ullo miraculo se dilatauit. Certè, dignum patella operculum: Si ideo doctrina tua vera est, & tu probatus: Certè, diabolus multo te beator est & eius doctrina & idololatria etiam tua verior: Quia ipse totum mundum in errore idololatriæ traxit, & tam longo tempore possedit in pessima pace: Sic impietas Machometica, tua doctrina, imò & Christi, diuinior est: quia diutius in mundo fuit: & Christi euangelium, sicut & tua doctrina fecit, fermè ubique suppressit. Beatiore ite pestes quarum errores, breui tempore Christianorum partem maximam prostrauerunt. Sed & radix peccati, filius diaboli, abominatio desolationis horrendissima, ipse Antichristus, multo te beator erit: qui in tribus annis & dimidio, totum mundum seducet & trahet in suam nauem.

*Ioan. 14.*

*Matt. 12.*

*Luc. 2.*

*2. Thes. 2.*

*Matt. 26.*

*Neg*

Neq; id potest per scripturas probare, illis exceptis que **B**  
 sunt de Hæreticis damnatis. Nec per vitæ sanctimoniã, cū  
 lenonē spurcissimū & ganeonem vixerit, & hoīm diabolo  
 plenum. Sit item ab omnibus Catholicis principibus cum  
 scriptis suis damnatus. Vnde consequens est, omnes qui  
 eū sequuntur, cū eo labi in foueam damnationis æternæ.

*Nihil est pro Luthero, quòd monachi iam signa non  
 faciunt.* Caput XXX.

**N**ec tantillum valet, si monachos his dieb<sup>9</sup> miracula **A**  
 facere nemo videat. Nā, illi in scripturis sacris, vo-  
 cationis suæ fundamentū habent, scripturas sacras sincerè *1. Thef. 2.*  
 docent, viuunt sanctè, iustè & sine querela in hoc mūdo, *Luc. 1.*  
 dum regulam professam seruāt: deo die ac nocte in sancti-  
 tate & iustitia omnibus diebus suis seruiūt in templo eius.  
 Nec necesse est, vocationē suā doctrinam nouis cōfirmare  
 miraculis, quia hoc viuendi genus à fundatoribus satis cō-  
 firmatū est. Nec nouam doctrinā proponunt sed antiquā,  
 q̄ olim ad abundantiam est cōfirmata. Sicut, exempli gra-  
 tia, prophetæ minores vel paucis vel nullis, saltem aliqui,  
 coruscant p̄digijs & signis, sed q̄ eadē p̄dicabāt q̄ prisci  
 docuerant, & miraculis fulcierant recepti sunt in canonē  
 libri eorū, ipsi in Catalogū sanctorū cōscripti. Proinde in  
 rem malam Lutherus cū sua doctrina dæmoniorū abeat, q̄  
 nihil aliud est, quā melle litus gladius, & calix p̄secutiōis,  
 qui gustatus adfert animæ & corporis æternam mortem.

*Quomodo uerbum Dei est audiendum? Sigillum quartum.*

Caput XXXI.

**R**espōdeo multis modis. Nam ex eo discipulus Chri- *Sigillum*  
 sti cognoscitur, iuxta illud: Qui ex deo est, uerba dei *quartum.*  
 audit: Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.  
 Sed vā illis, qui obdurant aures suas ne audiant legem,  
 quia



- quia oratio eorum erit execrabilis. Sit quapropter Maria  
**Luc. 10.** Magdalena, forma siue exemplar omnibus audiendi ver-  
**Eph. 4.** bum Dei: quæ sedebat ad pedes Iesu, & audiebat verbum  
 illius: Quod gratiam & ædificationem fidei dat omnibus  
 bonæ voluntatis, voluntatem in lege Dei habentibus. Quæ  
 propter debet omnis homo, verbum Dei audiens, esse Ma-  
**Esaï. 38.** ria, hoc est, amaritudine plenus per cordis contritionem,  
 & vitæ prioris detestationem, recogitando omnes annos,  
 quibus Deo ex aduerso ambulauit, in amaritudine animæ  
 suæ. Maria enim, amarum mare interpretatur. Et illa ver-  
**Luc. 7.** bum Dei audiendo, compuncta fuit, fleuit amarissimè, la-  
**2. Cor. 7.** uans per singulas noctes lectum suum lachrymis: Ad eum af-  
 fluenter: quæ cum lachrymis suis instar fontis viuientis erū-  
 pētibus ex oculis suis, pedes dñi lauit: Hæc est tristitia se-  
**Luc. 8.** cundum Deum, quæ pœnitentiam stabilem in salutem o-  
**Rom. 16.** peratur. Nam per hanc à septem dæmonijs liberata fuit,  
 vincula peccatorum rupit, iugum exactoris ferreum excu-  
 cussit, omnium debitorum suorum dimissionem obtinuit.  
**Matt. 18.** Sic Abacuc ait in persona pœnitentis: Audiui vocem tu-  
**Abac. 2.** am & conturbatus est venter meus: à voce tua contremu-  
**Psal. 118.** erunt labia mea. Et vir secundum cōr Dei: A mandatis tu-  
 is intellexi, propterea odiui omnem viam iniquitatis: &  
**Sap. 12.** conuerti pedes meos in testimonia siue mādara tua. Qui  
 relicta malitia, conuersa sum ad Deum saluatorem meum.  
**Rom. 13.** A quo recesseram carnis meæ curam in desiderijs facien-  
**Act. 13.** do, & peccatum super peccatum addendo. Sic Iudei, in die  
 Penthecostes, quorum Deus corda tetigerat, & præordi-  
 nati erant in vitam æternam: audito verbo gratiæ ex ore  
**Act. 3.** sancti Petri, compuncti sunt corde: consilium salutis re-  
 quirebant, & baptizati sunt. Nam Petrus dixit illis: Pœni-  
**Ion. 3.** tentiam agite, & baptizetur vnusquisq; in nomine Iesu  
 Christi. Sic Niniuitæ ad verbum Ionæ egerunt pœnitentiam  
 salutarem. Sic Achab omnium pessimus, ad verbum  
 Helis,

Helix, pœnituit. Verùm, multi hodie cum vocem dñi au- *3. Reg. 21.*  
 diunt, dicentis, conuertimini ad me, & salui eritis: Reuer- *Esa. 45.*  
 timini qui in profundũ recessistis: Venite ad me oēs qui la *Matt. 11.*  
 boratis & peccatis onerati estis, & ego reficiam vos obdu-  
 rant aures ne audiant, & corda sua, ne credentes salui fiãt:  
 sicut obstinati Iudæi olim fecerũt in deserto. Quibus de- *Psal. 94.*  
 us iurauit in ira sua, q̄ nemo illorũ qui inuitati erãt & no *Hcb. 4.*  
 lebant venire, introibit in requiẽ suam: nec gustabit cãnã  
 eius. Hęc in figura nostri cõtinebant illis, & scripta sunt *1. Cor. 10.*  
 propter correctionẽ nostram. Quia si tantã negligimus sa-  
 lutem, tunc clausa ianua, gementes & pre angustia spiritus *Sap. 5.*  
 flentes, infructuosam pœnitentiã agemus: Non exaudi- *Prou. 1.*  
 endi ad votũ, sed exprobrandi ad cõfusionis nostræ & dã-  
 nationis cumulum, ibi dicitur nobis: Cecinimus vobis, *Matt. 11.*  
 abundantes diuitias gratiæ, misericordiæ & bonitatis di-  
 uinæ vobis annunciando, & non saltastis, non exultastis  
 ne lætati fuistis in exuberante misericordia Dei: q̄ vobis *Psal. 16.*  
 fuit oblata. Lamentauimus vobis, pœnitiã egimus in *Matt. 11.*  
 cilicio, vias duras custodiimus, vim nobis fecimus, mem- *Gal. 5.*  
 bra nostra mortificauimus, carnẽ nostram cũ vicijs & con-  
 cupiscentijs crucifiximus, animas nostras perfecto odio,  
 odiuimus, luximus peccata nostra, & aliorũ: Fuerunt no-  
 bis lachrymæ nostrę, panes die ac nocte. Cineres itẽ tâquã *Psal. 41.*  
 panem manducauimus, & poculum nostrũ cum fletu mis-  
 cebamus. Sed vos petra & adamante duriores: nõ estis cõ- *Psal. 101.*  
 puncti, exemplo nostro, nõ planxistis peccata vestra, ma-  
 gis verò exultastis in superbis, in luxurijs vestris, in re- *Iacob. 4.*  
 bus pessimis, & lætati fuistis quando malè fecistis. Ideo re- *Prou. 2.*  
 cordamini, quia recepistis bona in vita vestra, vbiq; reli- *Sap. 2.*  
 quistis signa lætitiæ vestræ, cor vestrum non prohibuistis *Ecces 2.*  
 quin omi voluptate frueretur. Nos verò, mala accepimus,  
 crucem portauimus, in lachrymis semiuimus, euntes de  
 virtute in virtutẽ, iuimus & fleuimus etiam super vos, qui  
 Z pecca-

- Luc. 16.** peccastis & nō egistis pœnitentiã. Nunc aut̃ in requie dñi  
consolamur: & deus tristitiam nostrã in gaudiũ æternum  
quod nemo tollit à nobis, cōuertit. Vos verò cruciamini  
in flamma ignis inextinguibilis, nos comedimus & satu-  
ramur; vos esuritis, nos bibim⁹ & inebriamur ab vbertate  
domus dei nostri & torrente voluptatis eius potamur: vos  
sititis & guttulam aquę obtinere nō potestis, nos lætamur  
lætitia inenarrabili & glorificata: vos cōfundimini, sicut  
fures quando deprehenduntur & cōprehenduntur in fur-  
to, aut adultera, in opere nefario, nos laudamus deum præ  
exultatione cordis, vos clamatis præ dolore cordis, & præ  
contritione spiritus ululatis, & dimittitis nomen vestrum  
iniuramentum electis & dilectis dei. Sic extrema gaudiij  
huius mundi momentanei, æternus luctus occupat: & tri-  
stitia iustorum in consolationem & exultationem æter-  
nam conuertitur. Beati proinde, qui audito verbo dei: re-  
suscipiunt exemplo Magdalene, à diaboli laqueis, & con-  
uertuntur ad dominũ in toto corde suo, in ieiunio & fle-  
tu & planctu, quoniã eorum tristitia quę secundum de-  
um est, in gaudium conuertitur sc̃licitatis æternę.

*Cum quiete cordis & corporis audiri debet uerbum  
Dei. Cap. XXXII.*

- A** Deinde, audiens verbũ dei, in seipso debet esse quie-  
tus: sine occupatione huius mundi, & seculi curis:  
**Gene. 22.** Vnde cum uerbum Dei audit, exemplo Abrahę, seruos,  
boues & asinos aliaq; omnia quę mentem distrahunt, di-  
mittat in ualle, excludat de memoria & corde, ac soli audi-  
tui uerbi Dei intentus sit. Nam Maria sedisse dicitur: hoc  
**Luc. 7.** est, in quiete mentis & corporis fuisse. Ideo non ministra-  
uit Christo, non fuit circa multa ut soror eius, occupatur  
**Luc. 10.** Nec de fororis querulosa uoce quicquã aduertit. Sic pacis  
**2. Par. 14.** tẽpore, ciuitates dñi in quibus iustitia regnat, edificantur,  
supra

Supra montem & firmam petram Christū, quæ sumus nos. *Matt. 5.*  
 Et dum quietum silentium in corde tenent omnia, omni-  
 potēs sermo Dei à regalibus sedibus venit, durus debellator *Sap. 18.*  
 dæmonū ad mala nos hortantiū, ac malarū affectionū no-  
 strarū. Sic somni et quietis tēpore, crebrò deus locutus est *Num. 12.*  
 prophetis et electis suis. Sic Moses locutus cum domi-  
 no et auditurus verba vitæ, solus ascendit in montem. *Exod. 24.*

*Verbū Dei cum humilitate debet audiri. Cap. XXXIII.*

**T**ertio, audiens verbum Dei debet humilitatem men-  
 tis habere, vt sedeat, non in aquilone, vt Lucifer vo-  
 luit, frustra inflatus superbia, nec in culina voluptatis su-  
 per ollas carniū, vt ingrati apelles, qui voluerunt redire  
 in Ægyptum, & flagrabant desiderio carniū. Et quando  
 federunt māducare et bibere et surrexerūt ludere: *Exod.*  
*32.* Nec in teloneo, iniquitatis et iniustitiæ vt *Matthæus,*  
 vndecūq; etiā ex malo cōgerendo falsas diuitias, et seruiē-  
 do iniquo Mammonē: vt etiā nūmularij sedebant in tem-  
 plo. Sedeat proinde, nō in cathedra pestilētiæ, sed sub ym-  
 bra illi<sup>9</sup> quē desiderat, ad pedes Iesu humiliter. Nā vbi hu-  
 militas, ibi et sapientia. Abscōdit magister excelsus salutis  
 dogmata et cōsilia à sapientib<sup>9</sup> et prudētibus, et reuelat ea  
 paruulis, id est, humilibus. Hinc David ait: Declaratio ser-  
 monū tuorū, quæ fit in p̄dicatione, illuminat et intellectu  
 bonum et sanum dat paruulis in oculis suis, sicut Saul an-  
 te electionem in regem, fuit. Nam licet multi semen verbi  
 Dei audiendo, in cordis sui agrum recipiant, in solis ta-  
 men humilibus et mitibus corde, radices altas agit, custo-  
 ditur, et fructum suum dat in tempore suo, in patientia. *Luc. 8.*  
 Audiunt illud superbi, sed volucres cæli tollunt illud: Au-  
 diunt illud luxuriosi et auari. Sed in illis arefcit, quia ter-  
 rā non habet. In his à sollicitudinibus, curis vitæ et volu-  
 ptatibus suffocatur. Soli humiles ad pedes Christi sedētes,  
 Z 2 non

A

Esa. 14.

Num. 11.

Ioan. 2.

Prou. 11.

Matt. 11.

Psal. 118.

I. Re. 15.

Luc. 8.

non alta sapientes, sed humilibus consentientes, verbum  
*Eesai. 66.* Dei audiunt, & custodiunt illud. Vnde scriptum est: Ad  
 quem loquar & respiciam, nisi ad pauperulum spiritu, hu-  
 milem & contritum, & tementem sermones meos.

*Verbū Dei audiri debet cum attentione. Cap. XXXIII.*

*Psal. 77.* **A** Vartò, audiens verbum Dei, attentus esse debet &  
 diligens. Vnde scriptum est: Attendite popule me-  
 us legem meam, inclinate aurem vestrā in verbo oris mei.  
*Eccī 32.* Hinc sapiens ait: Qui credit Deo, attendit mandatis eius.  
 Vnde hic dicitur, ambulat verbum? Verbum autem, labile  
 quid est, & cito transiens cum sono. Nam dum formatur,  
 desinit cum sono, nisi in corde bono & optimo, per atten-  
 tionem retineatur. Ideo Salomon consulit, vt sermones &  
*Prou. 2.* mandata Dei suscipiamus & abscondamus apud nos. Hinc  
*Zach. 7.* de filijs desertoribus & populo incredulo Zacharias ait:  
*Matt. 13.* Attendere noluerunt, auerterunt scapulam recedentes.  
 Ergo, qui aures audiendi habet, audiat verbum vitæ.

*Verbum Dei cum discretione & electione quod ei prodest  
 audiendum. Caput XXXV.*

*Hier. 15.* **A** Vintò, audiendū est verbū dñi discretè: separando  
 preciosum à vili, sanū à noxio, lucē à tenebris: re-  
*Eesai. 7.* probando malū & eligendo bonū & quod sibi est necessa-  
*Ioan. 6.* riū ad suæ vitæ emendatiōē & salutē. Ideo hic nō dicitur  
 simpliciter, audiuisse verbū: sed specificando addit, Dei,  
*Ast. 17.* quod est spiritus & vita. Et beati sunt qui hoc audiūt & cu-  
*1. Tim. 4.* stodiunt: Alij audiunt curiosa, alij doctrinas dæmoniorū:  
*Iob 13.* Alij fabricata mendacia & peruersa dogmata audiunt hæ-  
*Psal. 39.* reticorum & fabulationes iniquorum, & infanias falsas pe-  
 stiferorū, & si quæ alia nomina sunt doctrinæ noxiæ. Pa-  
 rū ergo est scripturas allegare, p̄dicare, exponere, sed adi-  
 ficare auditores, ad charismata meliora æmulāda eos pro-  
 care.

care, testatur doctore rectè tractare sermonè dei: Iudæi, Sa-  
 ducei, Arriani, Manichei, Donatistæ & Luc'erani, scripturâ  
 allegant, sed literam occidentè, non spiritû viuitantè ha-  
 bent. Imperitus medicus, medicinales species habet, sicut  
 expertus. Sed ille ex mala compositione occidit, cum qui-  
 bus doctus & expertus languentes sanat. Ex fructibus hoc  
 cognoscitur. Venit hora, & nunc est, dixit Christus: quan-  
 do mortui in peccatis & delictis suis, audient vocem Dei  
 ex ore boni & fidelis verbi Dei dispensatoris. Et qui audie-  
 rint eo modo, viuent in fide filij Dei, cum apostolo Paulo.  
 Viuent piè, sobriè & iustè in hoc seculo. Nô sibi, sed ei qui  
 pro omnibus mortuus est. Viuunt, quia ambulant in lege  
 domini, loquuntur verbum Dei & veritatem. Vident re-  
 ctâ, audiunt legem Dei. Sentiunt quæ sunt in Christo. Bo-  
 num omne operantur quod potest manus eorum. Allega-  
 re scripturas, nouit etiam diabolus, sed ad destructionem,  
 non ad ædificationem: Et in hoc eum imitantur hæretici,  
 qui sunt ex parte eius.

2. Cor. 3.

Ioan. 5.

1. Cor. 4.

Gal. 2.

Tit. 2.

2. Cor. 5.

Phil. 2.

Matt. 4.

Luc. 4.

2. Cor. 13.

Sap. 2.

Sigillum

quintum.

Quomodo uerbum Dei est prædicandum? Sigillum  
 quintum. Caput XXXVI.

**R**espondetur breuiter, quòd multis modis. Vno mo-  
 do, faciendo quod docet. Ut incipiat prædicator fa-  
 cere & docere. Quia, qui facit & docet, magnus vocatur in  
 regno cælorum. Qui verò dicit & nô facit, & vnum de mi-  
 nimis mandatis soluit transgrediendo, minimus & despe-  
 ctissimus est in regno cælorum & ecclesia iustorum. Sic a-  
 postolus nihil docuit alios, quod per ipsum prius non ope-  
 ratus fuisset Christus. Sic oportet prædicatoris verbi Dei  
 lucem, lucere hominibus, ut videant opera eius bo-  
 na, & glorificent patrem qui in cælis est, ut sit forma gre-  
 gis ex animo: ut seipsum in omnibus præbeat exemplû bo-  
 norum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, in  
 conuer-

A

Act. 1.

Matt. 5.

Matt. 23.

Rom. 15.

Matt. 5.

1. Pet. 5.

Tit. 2.

Z 3

conuer-

1. Tim. 4. conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Sic vas ele-  
 ctionis fecit: qui semetipsum in omni bono, formã dedit  
 2. Thes. 3. credentibus, ad ipsum imitandum. Sic Dauid paut Israel  
 Psal. 77. in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum sua-  
 rum deduxit eas per vias rectas & super semitas iusticia.  
 Psal. 67. Efficacissima doctrina est & credibilis nimis, quam per-  
 suadet & docet vita & opus doctoris. Tũt doctor voci suz  
 Ioan. 10. dat vocem virtutis, quando sermonem cõfirmat operibus  
 bonis. Qui hoc modo educit oues suas & ante eas vadit, ip-  
 sum oues sequuntur sanctè, iustè, piè & sine repræhensione  
 Phil. 2. viuendo in medio nationis prauæ atq; puerfæ: quasi oues  
 Matt. 10. in medio luporum. Vnde confectarium est, tales esse oues  
 & subditos, quales in vita sunt pastores gregis dominici  
 & sui prædicatores.

*Verbum breuiter est prædicandum. Caput XXXVII.*

- A** D Einde verbum Dei breuiter est prædicandum quia  
 verbum abbreviatum fecit dominus super terram.  
 Esai. 10. Sic Tertullus orator ad Felicem dixit: Oro breuiter audi-  
 Roma. 9. as nos pro tua clementia. Quia prolixitas, tediij mater est,  
 Act. 24. & optima quæq; efficit onerosa & amara. Vnde prædica-  
 tor, in longum sermonem protrahens, molestus est audito-  
 ribus, etiam si linguis hominum disertissimorum loque-  
 retur, & angelorum. Habeat optimam, sed breuem mate-  
 riam. Sicut cibus bene paratus, si paruus est, hospites & a-  
 micos delectat, & sui desyderium post se relinquit. Si mul-  
 tus est tedium & nauseam generat, quantumlibet opipare  
 sit paratus & conditus.

Flaccus. *Quicquid præcipies esto breuis, ut cito dicta  
 Percipiant dociles animi, teneantq; fideles.*

*Verbum Dei intelligibiliter est prædicandum.*

*Caput XXXVIII,*

*Tertio*

**T**ertio prædicare debet intelligibiliter, ne sententias **A**  
 inuoluat sermonibus imperitis, loquens per caligi- *Iob 38.*  
 nem. Sicut faciunt, qui semetipsos prædicant, & non domi-  
 num Iesum Christum. Quibus apostolus nõ fuit ausus sei- *2. Cor. 4.*  
 ipsum inferere, siue comparare. Quia ipse non fuit usus *1. Cor. 2.*  
 sublimitate sermonis, nec persuasibilibus humanæ sapien- *1. Cor. 2.*  
 tiæ verbis, neq; aliud æstimauit se scire, nisi Iesum Chri-  
 stum, & hunc crucifixum. Nihilominus, & si sermo eius fu- *2. Cor. 12.*  
 it contemptibilis apud sapientes coram semetipsis & pru- *Rom. 12.*  
 dentibus in oculis suis, qui alta sapiebant, & humilibus  
 consentire recusabant, thesaurum tamen preciosissimum *Iacob. 1.*  
 sapientiæ eius, quæ desursum à patre luminum descendit, *Sap. 7.*  
 quæ amicos Dei & prophetas constituit, in vasis suis fi- *2. Cor. 4.*  
 stilibus habuit absconditum. Et hunc humilibus afflu-  
 enter distribuebat, sicut bonus dispensator multiformis  
 gratiæ Dei. Vnde ait de seipso: Et si imperitus sum ser- *2. Cor. 11.*  
 mone, non tamen scientia salutis & sanctorum, quam do- *Luc. 1.*  
 omnibus desyderantibus eam in remissionem peccato- *2. Cor. 8.*  
 rum eorum. De inflatis scientia, quæ eos stultos facit & *Hier. 10.*  
 decipit, scriptum est: Populum imprudentem non videbis, *Esa. 47.*  
 populum atri sermonis, ita vt non possis intelligere deserti- *Esa. 33.*  
 tudinem linguæ eius: in quo nulla est sapientia vera & ad  
 salutem utilis. Et si pompa verborum & sermo protrep-  
 ticus, apud vanos filios hominum, vanitatem diligentibus,  
 altus fit, crebro tamen abominatio est apud Deum.  
 Regnum Dei non est in phalerato sermone, sed in virtute. *Luc. 16.*  
 Perdam, inquit Deus, sapientiam sapientium: & pruden- *1. Cor. 4.*  
 tiam prudentium secundum carnem, reprobabo. Quia sa- *1. Cor. 1.*  
 pientia huius mundi, stulticia est apud Deum. Sermo di- *Esa. 19.*  
 sertus, aures pascit, sermo simplex in gratia sale conditus, *1. Cor. 3.*  
 corda compungit, penetrat, at tanquam ceram laquefa- *Col. 4.*  
 ctam à facie ignis facit. Hoc ad oculum in nostri tempo-  
 ris aliquãtis doctoribus cernimus, q̄ cultum sermonis maxi-  
 mum

num



- mum habent, ampullosa & sesquipedalia verba, sed ex scriptis eorum nemo compungitur, nullus in amore Dei acceditur, nemo relicta malicia, apprehendit semitas vitæ, nemo ad portandum crucem post Christum, prouocatur. Et si grauitatem nonnulli eorum seruent in moribus foris in cōuersatione coram hominibus, timendū est, quòd hoc magis faciant vt videantur & laudentur, quàm vt ædificēt paruulos in Christo: Eloquentia nihilominus bona est & utilis multū ad ea quæ fidei sunt astruenda: si quis ea legitimè vtatur, vt Sanctus Hieronimus & multi alij fecerūt.

*Verbum Dei syncerè est prædicandum.*

*Caput XXXIX.*

- A** Quartò, prædicare debet syncerè verbum Dei, sicut ex Deo scriptū est, & coram Deo, ad eius gloriam, & audientium ædificationem. Sollicitè caueat, ne verbū Dei adulteret, aut deprauet, aut ad nothum sensum detorqueat, & per capillos trahat renitentem scripturam. Sed nunc vinum verbi Dei: miscetur aqua errorū. De illis ver-  
**2. Cor. 2.** **2. Cor. 4.** **Esai. 1.** **2. Pet. 3.** **Matt. 4.** **Luc. 4.** **Luc. 12.** **1. Tim. 6.** **Rom. 16.** **Phil. 3.** **Matt. 6.**

tex ait apostolorum: In epistolis Pauli quædam abstrusa & intellectu difficilia sunt, quæ indocti deprauant, & sermō suo corrumpunt: sicut & cæteras scripturas, ad propriā & aliorum, qui duces illos cæcos sequūtur, damnationem. Isti scripturam allegant & torquent haud secus quam Satanas quando tentauit Christum. Nempe ad carnis curam in desyderijs faciendam. Quia dic vt lapides isti panes fi-  
**Luc. 12.** **1. Tim. 6.** **Rom. 16.** **Phil. 3.** **Matt. 6.**

ant: quibus vtaris. Quid ieiunas frustra? Ede, lude, bibe: requiesce. Deus ieiunio tuo non indiget, solam fidem à te requirit. Ad vanos honores ambiēdos, quia statuit eū supra templi æditissimum locum. Vel ad auaritiam, omnium malorum radicem, sectandam. Vt ventrem suum sibi Deū faciat & ei seruiat. Vt se aliquid esse putet: aut mammonē iniquissimi, seruiat.

*Verbum*

Verbum Dei utiliter est predicandum. Caput XL.

Quintò, utiliter, videlicet, de regno Dei: & quæ sunt fa-  
 A  
 lutis. Sic Christus fecit, qui post resurrectionem per  
 dies quadraginta in quibus electis suis in multis argumen-  
 tis apparuit, eis de regno Dei multiplici loquebatur. Sic & Luc. 9.  
 vni dixit: Tu vade & annuncia regnum Dei. Hinc Petrus  
 ad eum dixit: Domine, verba vitæ æternæ habes. Et apo-  
 stolus verbum Dei habitet in vobis abundanter. Hoc fe-  
 cit vir secundū cor Dei: Loquebar, inquit, de testimonijs  
 tuis in conspectu regum, & non cōfundebar. Sic Deus nos  
 docet vtilia. Sic amabilis domino Salomon quæsiuit ver-  
 ba vtilia, & cōscripsit sermones rectissimos, ac veritate ple-  
 nos. Sic sermo eius sineper in gratia sale conditus, qui gra-  
 tiam & ædificationē fidēi præstet auditoribus. Hæc nāq;  
 faciendo, & seipsum saluum facit, & eos qui eum audiunt.

Verbum Dei predicandum est generaliter.

Caput XLI.

Sextò, prædicare debet generaliter. Non diuitibus so-  
 A  
 lummodo, aut doctis, aut in vno loco tantūmodo. Sed  
 in omnem terram exeat sonus eius, & in fines terræ. Sic an-  
 gelus ille, qui euangelium æternum habuit, per medium  
 cælum volauit, & euangelizauit sedentibus super terram:  
 & omnibus gētibus, tribubus, linguis & populis. Sic Apo-  
 stoli profecti, in mūdum vniuersum, prædicauerunt vbiq;  
 & fuerunt testes Christi in Hierusalem, & in omni Iudæa  
 & Samaria, & vsq; ad vltimum terræ. Sic apostolus Græcis  
 & barbaris: sapiētibus & insipiētibus debitor fuit: Et ideo  
 à Hierusalem per circuitum vsq; ad illyricum gentes euā-  
 gelio repleuit. Seminauit semen benedictum verbum Dei  
 super omnes aquas. Aquæ verò multæ populi multi sunt.

Quomodo verbum Dei est custodiendum? Sigillum

sextum Caput XLII.

Aa Beati

Sigillum  
sextum.

**A** Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Audire verbum Dei, multorum est, custodire, non ita. Custodiendum est verbum Dei, in corde bono & optimo: vt fructum adferat in patientia. Corde bono & optimo illud retinent, qui illud per intellectum, rectè intelligunt, per bonam voluntatem diligunt, recogitant, ruminant, scrutantur, conferunt, non obliuiscuntur in memoria: fructum eius faciunt, dignè Deo & euangelio conuersando sicut filios altissimi, fratres Christi, ac viua templa spiritus sancti oportet, Imò, sicut decet ciues sanctorum & domesticos Dei, genus electum, regale sacerdotium, gentem sanctam, populum acquisitionis, & filios lucis.

Eph. 4.

Eph. 4.

1. Pet. 2.

*Verbum Dei custodiri debet in intellectu.*

## Caput XLIII.

**I**n intellectu illud est custodiendum ex eplo eius qui dixit. Ego autè in toto corde meo scrutabar madata tua. Nò vt curiosus maiestatis scrutator, opprimendus à gloria sed vt humilis & docilis verè sapientiæ discipulus, scire & facere desideras, quæ beneplacita sunt corà Deo. Ideo humiliter oro. Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Ad hoc vindicator noster nos adhortas ait: Scrutamini scripturas. Quia beati q̄ scrutatur testimonia eius: & in toto corde exquirunt eum. Sic Iudæi, quotidie scripturas scrutabantur si hæc ita se haberet, indagado. Ad id studij exercitiū eterna sapientia nos adhortans ait: Beatus homo qui audit me: & q̄ per studij exercitiū ad fores meas vigilat quotidie. Fores istæ, sacri sunt libri & sanctorum doctorum lucubrationes: Qui de luce vigilauerit ad illa, in lege dñi meditado die ac nocte, & librū petedo cū lumine ante diē, & intederit animū studijs, vt Flaccus ait: nò laborabit, suo fraudadus desiderio, assidentē em illa foribus suis inueniet. Quia mox cū libros pio corde aperit, lector humilis, statim sapiētia illi occurrit quasi mater honorificata & illi

Psal. 118.

Pro. 25.

Psal. 118.

Ioan. 5.

Psal. 118.

Act. 17.

Pro. 8.

Sap. 6.

& illi comunicat de bonis suis atq; thesauros eius replet *Ecc̃i. 15.*  
 cœlestibus & nunquã defecturis bonis. Præoccupat etiam  
 eos qui se concupiscunt, vt illis se prior ostēdat. Qui eã in-  
 ueniunt, maximũ studij sui habent emolumentũ. Quia cũ  
 ea inueniunt vitã, & hauriunt salutem à dominõ. *Prou. 8.*

*Intellectum in obsequium fidei, captiuare oportet.*

Caput XLV.

**A** Thic hominem intellectũ suum in obsequiũ fidei *A.*  
 captiuare oportet, sapere ad sobrietatẽ, nec verbũ *2. Cor. 10.*  
 Dei torquere & flectere ad suũ prauum intellectũ & cor- *Rom. 12.*  
 ruptũ sensum, sed intellectũ cõformare intētioni scriptu-  
 rę & intellectui sanctorũ quẽ tenet & approbavit ecclesia  
 Dei. Quod dũ facit homo: tũ sanct⁹ & verus q̃ habet clauẽ *Eesai. 22.*  
 David verũ intellectũ humilibus aperit & mitibus, & clau *Apo. 3.*  
 dit atq; abscondit eũ superbis & sapientibus in oculis suis. *Matt. 11.*  
 Tũc ingrediũtur in abscondita scripturarũ, & super senes *Psal. 118.*  
 & omnes eos docentes profunda eius scrutantur: quãuis li-  
 teraturã per studij exercitiũ nõ cognoscãt. Et egrediũtur *Iob 28.*  
 abscondita scripturarũ & eius mysteria producũt in lucẽ,  
 multos erudiũt ad iusticiã, & docẽt diligẽter ea quę sunt  
 Iesu Christi, in omni sapiẽtia, vt oēs homines pfectos ex-  
 hibeant in timore & amore Christi. Beatus quẽ hoc modo *Col. 1.*  
 erudierit dominus, & de lege sua docuerit eum.

*Verbum Dei in uoluntate seruare oportet.*

Caput XLV.

**S**ecundò, verbum Dei tenendum siue custodiendũ est *A.*  
 in volũtate per syncerũ amorẽ, sicut fecit maximus  
 vatũ dicẽs: In corde meo & volũtate abscondi eloquia tua, *Psal. 118.*  
 vt nõ peccem tibi. Verbũ Dei mãna absconditum est, quod *Num. 11.*  
 aridis corde non sapit: sed nauseant super eo. Bonis verò *Exod. 16.*  
 & rectis corde super mel dulcius est & fauũ, & eis præbet *Sap. 16.*

A a 2 omne

- Psal. 77. omne delectamentum & omnis saporis suauitate. Sic ver-  
 Ecci 21. bŭ Dei luxuriosis displicet, & proijciunt illud post dor-  
 Ioan. 6. sum suum. Maleuolis sermo Dei durus est, & non possunt  
 Act. 7. eum audire. Obstinati & in reprobum sensum dati, obtu-  
 Prou. 18. rant aures sicut serpentes, ne audiant legem. Cōuersi in ar-  
 Esai. 5. cum prauum, postquam venerunt in profundum, legem  
 Hier. 6. Dei exercituum abijciunt, eloquium sancti Israel blasphemant,  
 Ecci 21. viam domini maledicunt, verbum domini fit eis in  
 Esai. 5. opprobrium, & proijciunt illud. Quia cor fatui, quasi vas  
 Sapi. 7. confractum, omnem sapientiam non tenebit. Cor subuersum,  
 corrupta voluntas, deprauatus affectus, dicit bonum malum,  
 & malum bonum, ponit tenebras lucem, & lucē tenebras,  
 iudicat amarum dulce, & dulce amarum. Bona autem voluntas,  
 affectus purus, cor rectum, voluntatem habet in lege domini.  
 Ei dulciora super mel & fauum sunt eloquia Dei. Diligit ea super aurum  
 & topasion. Diligit ea super salutem & speciem: Quia infinitus thesaurus  
 sunt hominibus: quo qui vsi sunt participes facti sunt amicitia Dei.

- Vbera sponse quæ sint. Caput XLVI.
- A** Duo testamenta Dei, omnium sanctorum calculis, duo sunt vbera sponse, meliora vino & fragrantia vnguentis optimis. Quæ dum deuotorum spiritum in Deo saluari nostro exultare faciunt, & quasi ebrios spiritu gaudere in domino, & eructare de cordis sui bono thesauro verba bona: Quid aliud verbum Dei, quam calicem preclarum inebriantem, vinum corda lætificans, esse dixerim. Hoc multo apostoli pleni erant, postquam repleti spiritu sancto loquebantur cum fiducia verbum Dei. Ad hæc dum verbum Dei, omnes animæ infirmitates sanat & vulnera: recte super vngenta optima fragare astruitur? Hinc æterna sapientia ait: Fili mi, ausculta sermones meos, et custodi eos in medio cordis tui. Vita enim sunt inuenientibus eos et vniuersæ car-

ſæ carniſanitas. Per eos ſanati ſunt quotquot Deo placue- Sap. 7.  
runt ab initio. Spiritus meus (iterum ait ſapientia) ſu- Eccī 24.  
per mel dulcis: Spiritus viuificans, qui ſemper eſt in ſcri- 2. Cor. 3.  
pturis requirendus, litera occidente dimiſſa Iudæis et hæ-  
reticis, ad cumulũ ſuę ex cæcationis. Spiritus nanq; viui- Ioan. 6.  
ficat, caro & litera occidens, nõ prodeſt quicquã. Et verba  
Chriſti, rectè intelligentibus, ſpiritus & vita ſunt: Ceteris  
qui non acquieſcunt veritati, ſed conſentiunt iniquitati,  
menſa verbi Dei, laqueus eſt, captiuitas, ſcandalũ & retri-  
butio. Quia in lumine iſto oculi eorũ obſcurantur, ne vi- Pſal. 68.  
deant ſpiritum in eis & veritatẽ, & dorſum eorũ, qui lite- Rom. II.  
ræ occidenti inherẽt, ſemper magis ac magis incuruatur.  
Quia voluntas eorum ſemper ex ſcripturis, magis deordi-  
natur, induratur, deprauatur.

*Spiritus ſacræ ſcripturæ, quis ſit.* Cap. XLVII.

**E**ſt autẽ ſpiritus ille ſcripturæ, ſuper mel & fauũ dolci- A  
or, verus, ſincerus, viuificans, germanus, genuinus,  
intellectus eius, quẽ ſpiritus ſanctus, in ea intendit, inclu-  
ſit, recõdedit, & voluit à nobis inquiri, erui, teneri & ſequi,  
& pro eo, ſi neceſſe foret, oppetere mortẽ. Illo non inuen- 2. Cor. 3.  
to, nõ ſeruato, litera occidit. Sic ſcriptura in ſpiritu intel-  
lecta, ſancta, iuſta & bona eſt & ad vitam, è contra ſecun- Rom. 7.  
dum literam intellecta (vt carnalium mos eſt, & hæretico-  
rum) eſt ad mortẽ & occidit. Spiritũ eccleſia Dei habet,  
columna & firmamentum veritatis Catholicæ: Synagoga 1. Tim. 3.  
Satanæ, eccleſia malignantium, canes & impudici, ſemper  
foris manent in litera occidente, nec ex ſcripturæ lectio-  
ne & prædicatione, ſanantur, nec auditores eorũ & disci-  
puli, licet omẽm ſubſtantia in eo erogent, ex auditu vel le- Matt. 9.  
ctione librorum iſtorũ medicorũ melius habent: ſed ſem Rom. 5.  
per peiores, inſolentiores, maligniores, furioſiores ſiunt Luc. 8.  
& prauiores, vt illa mulier inſœlix, quam ſanauit Chriſtus,

ex medicis, nihil consolationis, sed semper peius habuit.

Verbum Dei in memoria est custodiendum.

Caput XLVIII.

**A** Tertio, custodiendum est verbum Dei in memoria, per ruminacionem, rememorationem, & collationem. Nisi enim verbum domini in memoria seruatum fuerit, & animalium mundorum instar, ruminatum, per recordationem, perit tota eius dulcedo, in momento audicionis. Hoc fecit, qui dixit: In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Hoc fecit mater agni qui tulit peccata mundi, conseruabat omnia verba quæ audiuit de filio suo primogenito, & cõtulit ea in corde suo, Luc. 2. Sic vir secundũ cor Dei, in iustificationibus domini semper meditabatur. Psal. 1. & 118. Sic iustus ea quæ Deus præcepit, semper cogitat, Ecc. 3. Sic mulier innupta & virgo cogitat q̄ dñi sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. Cor. 7. Verbum Dei gladius est spiritus sancti, quo nos cõtra hostes nostros defendere debemus. Hostes nostri, caro mundus & dæmonia sunt, qui nos die ac nocte impugnant, vt coronam gloriæ, eis consentiendo & voluntatem eorũ faciundo, nobis eripiant. Vnde ex quo iugis nobis cum tantis hostibus colluctatio est & certamẽ pro cælestibus, ideo gladio isto sancto nos super femur nostrum fortissimẽ, ac potentissimẽ debemus accingere, & semper esse parati: vt cum repentẽ irruunt, possimus in die malo eis resistere, & in omnibus perfecti stare aduersus insidias eorum, & irruptiones. Hoc facimus, dum verbum Dei, gladium spiritus sancti, semper in memoria, quasi in vagina circumferimus. In æternum non obliuiscendo iustificationes & verba Dei, quia in ipsis viuificat nos, hoc est, in vita gratiæ conseruat, dum illud opere implemus, Vel si scelerata designando, per peccata occidimus animas nostras: tunc in verbis

Deut. 14.

Psal. 118.

Epc. 6.

Psal. 44.

Psal. 118.

Sap. 1.

Eccl. 16.

Ezec. 18.

verbis Dei rememoratis, à morte culpæ excitamur: Quia *Ioan. 5.*  
spiritus & vita sunt. Sic mortui in peccatis et dilectis suis,  
audientes vocem filij Dei, viuunt et exurgunt à mortuis, *Eph. 5.*  
et illuminantur à Christo.

*In memoria, quomodo uerbum Dei debet seruari.*

Caput XLIX.

**V**T igitur obsessis in gyro ab hostib<sup>9</sup>, necesse est, gla- **A**  
dio semper esse accinctos: sic circūdati ab hostibus **Ncem. 4.**  
omni tempore oportet uerbum Dei semper habere in memo-  
ria, quasi in vagina gladiū, vel in manibus per operationē.  
Sicut, manna in urna aurea: Sicut semen benedictū, in bo-  
ro cordis agro, Sic thesaurum cælestē, in cista vel arca: Si-  
cut uinum optimum in uase: Sicut mel in aluuario. Ut non **Iacob. 1.**  
simus auditores uerbi tantum, sicut Iudas & pharisæi, fal-  
lendo nosmetipsos, sed factores, sicut alij apostoli, & tunc  
beati in facto nostro sumus. Hoc uerò facimus, si exemplo  
Chri, cū tentamur à gula, diabolo resistimus in fide & nul-  
lum ei locū damus, sed gladio isto eū repellimus & trium-  
phamus dicendo: Non in solo pane uiuit homo: Et uæ vo-  
bis qui saturati estis. Beati uerò, qui esuritis nunc & siti-  
tis: & curam carnis in desiderijs non facitis. Si diabolo  
hoc modo resistimus, fugit à nobis. **i. Pet. 5.**  
**Eph. 4.**  
**Matt. 4.**  
**Luc. 6.**  
**Ibidem.**  
**Iac. 4.**

Si de superbia nos impugnat, gladio isto repellendus  
est & dicendū: Odibilis coram Deo & hominibus super-  
bia. Et contra: Qui se humiliat exaltabitur. Vade igitur Sa-  
tana: ego vilior fiam plus quā factus sum, & ero humilis in  
oculis meis. Si de inuidia nos molestat, dilectionis Chri-  
sti nouo mandato superandus est, & dicendum: In hoc  
cognosci debemus quòd Christi sumus discipuli, si dile-  
ctionem habemus ad inuicem: Imò, qui odit fratrem suū,  
sui ipsius homicida est, nec diligit Deum. Si quis uerò non  
amat dominum Iesum Christum, anathama est, mara-  
natha. **Ecc. 10.**  
**Luc. 14.**  
**1. Reg. 6.**  
**Ioan. 13.**  
**1. Ioan. 3.**  
**1. Cor. 16.**

natha,



1. Cor. 2. natha. Si legitimi certamus, coronam vitæ, diligentibus  
 2. Tim. 4. Deum paratam, promeremur.  
 Iacob. 1. Si de ira nos molestat, caput eius gladio amputandum  
 Matt. 5. est & dicendum: Beati mites. Item: Discite à me, quia mi-  
 Matt. 11. tis sum humilis corde: Si de luxuria te grauat: Respon-  
 1. Cor. 6. de: Qui fornicatur, in corpus suum peccat: Tollit mem-  
 1. Cor. 3. brum Christi, & facit membrum meretricis. Absit vt vio-  
 4. 1037 lem templū Dei, alioqui disperdet me Deus. In hunc mo-  
 dum contra alia ignita tela & insultus diaboli est resisten-  
 dum & gladius verbi Dei exerendus. Hoc modo Christus  
 fortiter diabolo resistit in deserto, omnes technas illius elu-  
 Ioan. 13. sit, ipsum triumphauit & traduxit, in hoc dans nobis ex-  
 2. Tim. 2. emplum, vt & nos ita faciamus. Non solummodo resisten-  
 Tit. 1. do diabolo, sed & apostolis & ministris eius qui subtilius  
 1. 1038 per cuniculos suorum peruersorum dogmatum, multos  
 in errores trahunt & multorum fidem subuertunt. Sem-  
 Psal. 102. per ergo memores simus mandatorum Dei, ad faciendum  
 Psal. 1. ea. Et meditemur in lege Dei, die ac nocte.  
 B Hoc Deus in lege præcepit (vt interim taceam, Salomo  
 Deut. 6. nem in paremij suis) dicens: Ponite verba mea in cordi-  
 & 11. bus vestris, & in animis vestris, & suspendite ea pro signo  
 Exod. 13. in manibus, & inter oculos vestros collocare, narrate ea fi-  
 lijs vestris, & meditabimini ea sedentes in domo vestra &  
 ambulantes in itinere, dormientes atq; consurgentes &c.  
 101 1038 Quæ præcepit tibi Deus, hæc cogita semper. Et alibi: In  
 Ecc. 3. omnibus vijs tuis, cogita sapientiam: quia cogitare de il-  
 Prou. 3. la, sensus est consummatus. Et iterum: Cogitatum tuum  
 Sap. 6. habe in præceptis Dei. Isto gladio Dauid caput allophy-  
 Ecc. 6. li & spurij istius superbissimi amputauit, Iudit, Holofer-  
 1. Re. 17. nis, Hic est gladius aureus, quem vir dolorum Hieremias  
 2. Mac. 15. dedit Iudæ Machabæo, in quo deiecit inimicos populi  
 Dei, blasphemum videlicet Nicanorem & exercitum eius  
 fortem & grandem, et gladius iste, vltor iniquitatum est.  
 Job 19. Quia

Quia in isto gladio morientur omnes peccatores. Et omnes qui accipiunt gladium istum iniuste, ad excusandas excusationes in peccatis & populi fascinatione & percussere rint cum eo conscientias infirmorum: in gladio isto, peribunt. *Matt. 26. 1. Cor. 8.*

Maria mater verbi, verba Dei omnia que de Christo dicebantur conseruabat in suo corde & contulit ea cum scripturis sacris. In hoc nobis dans exemplum, vt & nos ita faciamus. Sic memoria nostra, arca Dei, in qua manna caeleste, panis vite, ipsum Dei verbum reponatur ad custodiendum & rememorandum. *Deut. 31. Heb. 9.*

*Verbum Dei custodiendum est in ore. Cap. XL.*

**Q**uarto verbum Dei custodiendum est in ore, per predicationem, doctrinam, & mutuam collationem. Sic Dauid ait: Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebat. Quem Deus mittit, verbum Dei loquitur. Sic abunde verbum Dei habitare debet in nobis, Na loquela sua vnquamq; manifestat. Nihilominus diabolus, Iudas proditor, hereticus pestilens, sicut omnis malus, verbum Dei loqui potest, docere alios, sed non docere semetipsum. Sicut illi, qui dicunt & non faciunt: Sanant alios, & non curant semetipsos. Ideo perfectus modus sequitur, sine quo precedentes, plus obstant quam profunt, magis damnant, quam saluant.

*Verbum Dei custodiendum est in vita & opere.*

*Caput LI.*

**Q**uinto modo, seruandum est verbum Dei in opere, a vita, moribus & impletione: Nam seruus sciens voluntatem domini sui & non faciens, vapulat multis. Nec auditores legis, sed factores legis iustificantur. Solummodo terra illa bona & optima effertur laudibus, quae accepto semine fructum attulit multum in patientia.

B b bene

Hebr. 6. benedictionem accipit: Alia, spinas & tribulos proferens,  
 reprobata est & maledicto proxima, cuius consummatio &  
 Ioan. 15. finis est in combustione. Vos amici mei eritis (dixit serua  
 Matt. 23. tor discipulis) si feceritis quæ præcipio vobis. Non dicit,  
 si sciueritis, si credideritis, si legeritis, si docueritis. Illa enim  
 Ioan. 15. oportet facere, & hæc non omittere. Et alibi: Qui manet in  
 me, hic fert fructum multum, qui manet in vitam æternam.  
 Et iterum: Quid dicitis mihi, Domine domine, & non fa-  
 Matt. 7. citis quæ dico? Hinc Maria, ministris dixit: Omnia quæ di-  
 Ioan. 2. cet vobis filius meus, facite. Quia arbor bona fructus bo-  
 Luc. 6. nos facit, & ex fructibus operum, non ex folijs verborum  
 arbor cognoscitur. Imò arbor quæ fructus bonos non fa-  
 Luc. 13. cit, excidi iubetur, & mitti in ignem; à Christo est maledi-  
 Matt. 21. cta. Sic homo quasi lignum secus decursus aquarum plan-  
 Psal. 1. tatum, quod fructum suum dat in tempore suo. Hinc do-  
 Leuit. 20. minus dixit: Custodite præcepta mea, & facite illa. Beati  
 Ecc. 2. oēs qui timeant dñm, & custodiunt mandata illius. Hic est  
 2. Tim. 3. scopus vnicus omnium diuinarum institutionum, vt homo sit  
 1. Ioan. 5. ad omne opus bonum instructus. Et omnia mandata Dei sunt  
 Psal. 118. custodienda, quia graua non sunt. Et maledicti, qui decli-  
 Deut. 27. nant ab eius mandatis. Et iterum: Maledictus omnis, qui  
 Galat. 3. non permanet in omnibus mandatis quæ scripta sunt in li-  
 Iacob. 2. bro legis vt faciat ea. Nam si quis totam legem serualet, of-  
 fenderet autem in vno, factus esset omnium reus.

Observatio mandatorum Dei, est charitas vera

Caput LII

**A** HÆC verò mandatorum Dei adimpletio, est vera &  
 1. Ioan. 5. purissima Dei dilectio, sine qua nemo potest salua-  
 Matt. 22. ri, in qua tota lex pendet & propheta; teste Apostolo Io-  
 Galat. 3. anne. Custodiamus ergo iudicia iustitiæ eius, quia in cus-  
 Psal. 118. todiendis illis, retributio multa, Quia illis dat Deus vi-  
 Matt. 19. tam æternam.

Qui sint fructus uerbi Dei? Sigillum septimum.

Sigillum  
septimū.

Caput LIII.

**Q**ui stellas cæli, pluuiæ guttas, arenam maris, gramina A  
terra, flores & folia arborum, dies seculi enumerare  
potest, ille numerabit fructus & utilitates uerbi Dei,  
in bonis & rectis corde. Quamuis igitur sint innumerabi-  
les, tamen pro paruulis & simplicibus, duodecim, quasi Apoc. 22.  
duodecim fructus ligni uitæ, quos p̄fert singulis mēibus  
hic recensibimus, alios alijs enumerandos relinquendo.

Verbum Dei illuminat intellectum omni,  
ueritate. Cap. LIII.

**P**rimus fructus legis & uerbi Dei, est intellectus illu- A  
minatio lumine fidei & ueritatis. Quia mandatum lu- Prou. 6.  
cerna est, & lex lux. Et uir secundū cor dei: Declaratio ser- Psal. 118.  
monū tuorū illuminat: & intellectu ueritatis & fidei dat  
paruulis: Et alibi: Præceptum domini lucidū, illuminans Psal. 18.  
oculos. Et rursus: Lucerna pedibus meis, uerbum tuum: &  
lumen semitis meis. Hanc ob causam Salomon elegit hanc Sap. 1.  
pro luce habere: quoniam inextinguibile est lumen eius.  
Lucet namque instar stellæ matutinæ, instar calumnæ & Exod. 13.  
nubis quæ Iudæis ducatum præbuit in deserto: Instar lu- Num. 14.  
cernæ super candelabrum positæ, in caliginoso loco huius  
mundi, donec dies ille (melior mille in huius mundi tene-  
bris) gloriæ cælestis, ut lucifer oriatur in cordibus nostris: 2. Pet. 1.  
Vbi omnes gloriā domini specularantes reuelata facie, in 2. Cor. 3.  
eandem imaginem transformabimur à claritate in clari-  
tatem. Qui nunc filij lucis sumus & lux in domino, qui  
fructus lucis facimus, armis lucis induti, & sicut lumina- Phil. 2.  
ria lucemus in caliginoso mundo: uerbum uitæ conti-  
nentes, ad gloriā dei. Si lux nostra lucet coram homini- Matt 5.  
bus, & uident opera nostra bona, quæ in Deo facimus, &  
in nobis Deum clarificant & glorificant patrem qui in  
cælis

Bb 2 cælis

- Pfal.* 12. cælis est. Hanc lucem quidem Petrus dixit: Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte: Deus meus illumina tenebras meas, nequando dicat inimicus meus,
- Pfal.* 145. præualui aduersus eum. Isto lumine, dominus illuminat cæcos, qui in tenebris peccatorum infidelitatis, & umbra mortis sedent, & tunc dirigunt pedes suos in viam euangelij pacis, & dignè Deo & euangelio eius cõuersantur. Sed infidelium & desertorum (qui se euangelicos vocant & non sunt: sed sunt synagoga Satanæ) angelus tenebrarum, Deus huius seculi, mentes excæcat, vt eis nõ fulgeat verbum
- 2. Cor.* 4. fidei, euangelium gloriae Christi.
- B.** Verbum Dei lux est, quia omnibus lucet sine delectur: Tenebras siue peccatores illuminat: in immundicijs non inquinatur. Nihil emolumentum ab eis quibus lucet accipit, sed illis ad omnia bona opera absoluenda, & quocunq; voluerint, ambulandi viam ostendit.
- Sap.* 7. Lux est verbum fidei, quia candor est lucis æternæ & speculum sine macula, Dei maiestatis & imago bonitatis illius. Lux est, incorruptum legis lumen, quia emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei sincera. Et super omnem dispositionem stellarum luci æternæ comparatum inuenitur purius. Quia illi succedit nox, sapientiam autem non vincit malitia. Ista lux apostolum circumfulsit de cælo, & illuminauit eum lumine euangelij, & doctorem gentium fecit in fide & veritate. Quia Christus illuxit in cordibus nostris, ait, ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in faciem Iesu Christi. Quod si opertum est euangelium, ijs qui pereunt opertum est. Qui Deo dicunt: Recede à nobis, scientiam viarum, nolumus, nolumus intelligere, vt bene agamus, quod docet verbum tuum. Durus est sermo tuus: non possumus, quia nolumus eum
- audire.

Verbum Dei resectum inflamat in amore Dei.

Capitulum LV.

Secundò, verbum Dei affectum inflamat & purificat, A  
 voluntatem ordinat, regitq; per charitatem, & tunc ni-  
 hil ei in vlla gratia deest: Quia ignitum est eloquiũ domi-  
 ni vehementer. Nam mentem quam perfectè penetrat, in  
 star ignis ardentis humiliat per Dei timorẽ, liquefacit per  
 pietatẽ, discernere facit inter verum & falsum, eligere bo-  
 num & reprobare malum, per sciẽtiã salutis. Confortat  
 per donum fortitudinis, eleuat per donum cõsilijs, Deum  
 vbique prosequitur per donum intellectus, transformat  
 in novos homines per sapiẽtiã, vnde scriptum est: Elo-  
 quium domini inflammauit eum. Sic in manu domini, ig-  
 nea lex esse perhibetur. Hãc verbi Dei igneam energiam,  
 duo discipuli senserunt Emaus oppidum cum domino cõ-  
 tendentes. Nonne dicebãt: Cor nostrum ardẽs erat in no-  
 bis, dum loqueretur in via dominus, & aperiret nobis scri-  
 pturas? Verba mea sunt quasi ignis (dicit dominus) & qua-  
 si malleus conterens petras? hoc est, duos & obstinatos,  
 vnde Hieremias ait: Factus est sermo Domini in corde meo  
 quasi ignis exestuans, claususq; in ossibus meis, & defeci,  
 ferre non sustinens. Omnis sermo domini, ignitus clype-  
 us est, sperantibus in se & facientibus bonitatem. Ignitus  
 sermo Dei est, quia frigida corda per malitiam infrigida  
 liquefacit vt instar cere fluant: & in meditatione eius exar-  
 descere à facie ignis huius: Alioqui à facie frigoris, quis su-  
 stineret? Mittit Deus verbũ suum, & liquefacit ea, &c. Cly-  
 peus est, q̃a in eo oĩa tela ignea neq̃ssimi excipiunt, retun-  
 dunt & extinguunt. In isto igne, dñs venit ad cor mite igne  
 istũ dñs venit mittere in terrã. De quo iterũ est scriptum:  
 ambulate in lumine ignis, & dirigite gressus vestros secun-  
 dũ verbum Dei, omnem nauando operã, ne vlla vobis do-  
 minetur iniquitas. Isto clypeo, istis armis Dei, fortissimus

I. Cor. 10. 7

Psal. 118.

Esa. 7.

Psal. 104.

Deut. 33.

Luc. 24.

Hiere. 23.

Hier. 20.

Prou. 30.

Hier. 6.

Matt. 24.

Psal. 67.

Psal. 147.

Ephe. 6.

Esa. 66.

Luc. 12.

Esa. 50.

Bb 3 Iudas

2. Ma. 15. Iudas suos bellatores armavit, ideo leonum more, qui ad  
 Pro. 30. nullius occursum expauescunt, irruerunt in hostes, nō so-  
 lum homines, sed et bestias ferocissimas, & muros ferreos  
 parati penetrare. Hoc eloquium Dei, martyres sanctos in-  
 flammauit: vt quiduis pro nomine Iesu perpeti essent pro-  
 pensissimi. Et gloriari eos fecit in tribulationibus, cū gau-  
 dio à conspectu conciliorum ire, & gaudere gaudio ma-  
 gno valde, exultare & lætari, quòd digni erant pro nomi-  
 ne Iesu contumelias pati, carceribus includi, catenis con-  
 stringi, flagris cedi, eculeis torqueri, lampadibus vri, sarta-  
 ginibus cruciari, gladijs consecrari, morte consummari.

Verbum Dei memoriam pascit. Caput LVI.

- A  
 Psal. 118. Tertio, memoriam pascit dum ruminatur: & in medi-  
 tatione illius, sentiunt eius suauitatem boni & recti cor-  
 de, & dicunt: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super  
 mel ori meo. Et iterum: desiderabilia super aurum & lapidem  
 pretiosum: & dulciora super mel & fauam. Iste cibus anime,  
 panis vitæ, omne delectamentum in se habet & omnis saporis  
 suauitatem. In cibo isto Deus vniuscuiusque voluntati  
 deseruit, & ad quod quisque vult, ei conuertitur. Quia sim-  
 plicibus lac est, per historiam, proficietibus, panis vitæ est  
 per tropologiam: Quia eorum cibus est, semper facere vo-  
 luntatem patris celestis: Perfectis, qui pro consuetudine ex-  
 ercitatos sensus habent ad discretionem boni & mali, solidus  
 cibus est per mysticam intelligentiam siue allegoriam & analo-  
 giam. Isto cibo Moses alebat in monte diebus quadraginta in  
 deserto, quando cum domino ore ad os loquebatur sicut  
 Exod. 31. amicus cum amico. Cibauit illum panem vitæ & intellectus  
 34. & aqua sapientie salutaris, potauit illum. Beatus certe om-  
 Eccl. 15. nis homo, qui hunc panem manducat in regno Dei. Isto pa-  
 Luc. 14. ne faciat, omnes esurientes & sitientes iustitiam: & contra,  
 Matt. 5. diuites  
 Luc. 11.

diuites fastidiosos, qui se iustificat corā hominibus & di-  
 uites dicunt nulliusq; egere, quāuis in veritate miseri sint  
 & miserabiles, pauperes, cæci & nudi, dimittit inanes. A-  
 deo famem patiuntur vt canes: De filiquis porcorū ventrē  
 implere cupiūt, & nemo illis dat. De illo panē iterū est scri-  
 ptū, iunior fui, etenim senui, & nō vidi iustum derelictū:  
 nec semen eius quod quærit hunc panem. Quia dominus  
 animam iusti, non affligit fame. Et non est inopia timenti  
 bus Deū: q̄a alit eos in fame: & in diebus famis saturātur.  
 Diuites egent & esuriunt, inquirentes antē dominū, non  
 deficiūt omni bono. Sed prōptiaria eorum (quæ sunt me-  
 moria, in qua habent hunc panem vitæ repositum) plena  
 sunt: eructantia ex hoc in illud. Has copias indeficientes  
 iustorum, filius prodigus secū reputans, dū fame, non pa-  
 nis qui cū ventre destruetur, sed audiendi verbi Dei, peri-  
 ret: ad cor reuersus dixit. Quanti mercenarij in domo pa-  
 tris abundant panibus, & ego stultus diabolo seruiens, hic  
 fame pereor. Sic breuiter ostensum est quomodo verbum  
 Dei animam sanat, intellectū illuminādo per fidē & verita-  
 tem. Voluntatem ordinando per dilectionem. Memori-  
 am replendo, per verbi, Dei recordationem continuam,  
 & firmando in spe gloriæ filiorum Dei: Et illa spe electi,  
 iam salui sunt.

*Verbum Dei sanat corporis & anime uulnera.*

Caput LVII.

**Q**uarto, sanat languores, tum mentis, tum corporis. A-  
 sanat namque contritos corde, & alligat omnes cō-  
 tritiones eorū. Nam mittit verbū suum & sanat omnes in-  
 firmitates ad se uenientium. Quod ex paradigmate Sama-  
 ritani elucescit, qui abiens in cælum duos denarios (quos  
 duo testamenta accipimus, vetus videlicet & nouum) sta-  
 bulario siue pastori dedit: vt ex illis omnibus infirmi-  
 tatibus



tatibus vulnerati, mederetur. Nam nullum est vulnus tam ad mortem, quod malagmatibus verbi Dei, non possit cito curari: si fauciatus medici consilij morem gerit & precepta eius seruat.

**Tit. 2.** Vinum est scriptura: quia vulnera mordet, non palpat, non lactat peccatores, sed increpat eos dure, arguit cum omni imperio. Sed hoc modo sanie educit, hulcera aperit, mundat & alligat. Oleum est, quia consolatur pusillanimes, suscipit infirmos, demulcet afflictos, tristes delinit blanditijs, aliorum onera portat, confirmat in eis charitatem ne abundantiori tristitia absorbeantur: Post tempestatem tranquillum facit, & post lachrymationem & fletum, exultationem infundit, patiens est ad omnes. neque enim herba neque malagma, sanauit patres nostros, sed sermo Dei. Isto malagmate Christus medicatus est contritis corde. Hinc sapientia ait: Fili mi, ausculta sermones meos: quia vita sunt in uenientibus & misericordia carnis sanitas. Verba Dei folia sunt ligni vite, ad sanitatem gentium. Nam per uerbum Dei sanati sunt, quotquot Deo placuerunt ab initio: Et qui modo sunt in Christo, & iusti qui nos sequentur a progenie in progenies donec caelum atteritur. At nunc vulnus est super vulnus, liquor & plaga tumens a planta pedis usque ad verticem capitis in corpore ecclesiae: Et quod peius est, nemo circumligat fascia nec curat medicamine, nec fouet oleo, nec mundat infuso vino. Quia pastores quae sua sunt quaerunt, & non quae sunt ouium aut Iesu Christi. Non sanant egrotas, perditas non requirunt, abiectas non reducunt, fractas non alligant, infirmas non solidant. Sed dormiunt in lectis eburneis, & lasciuunt in stratis suis. Comedunt agnos de grege, & vitulos de armentis, & canunt ad uocem psalterij. Bibunt uinum in Phialis, optimo uigento delibuti, & nihil patiuntur super contritione, laniatione & occisione ouium suarum.

**Esai. 1.** Esai. 1. caelum atteritur. At nunc vulnus est super vulnus, liquor & plaga tumens a planta pedis usque ad verticem capitis in corpore ecclesiae: Et quod peius est, nemo circumligat fascia nec curat medicamine, nec fouet oleo, nec mundat infuso

**Esai. 1.** Esai. 1. vino. Quia pastores quae sua sunt quaerunt, & non quae sunt ouium aut Iesu Christi. Non sanant egrotas, perditas non requirunt, abiectas non reducunt, fractas non alligant, infirmas non solidant. Sed dormiunt in lectis eburneis, & lasciuunt in stratis suis. Comedunt agnos de grege, & vitulos de armentis, & canunt ad uocem psalterij. Bibunt uinum in Phialis, optimo uigento delibuti, & nihil patiuntur super contritione, laniatione & occisione ouium suarum.

**Philip. 2.** Philip. 2. vino. Quia pastores quae sua sunt quaerunt, & non quae sunt ouium aut Iesu Christi. Non sanant egrotas, perditas non requirunt, abiectas non reducunt, fractas non alligant, infirmas non solidant. Sed dormiunt in lectis eburneis, & lasciuunt in stratis suis. Comedunt agnos de grege, & vitulos de armentis, & canunt ad uocem psalterij. Bibunt uinum in Phialis, optimo uigento delibuti, & nihil patiuntur super contritione, laniatione & occisione ouium suarum.

**Exe. 34.** Exe. 34. firmas non solidant. Sed dormiunt in lectis eburneis, & lasciuunt in stratis suis. Comedunt agnos de grege, & vitulos de armentis, & canunt ad uocem psalterij. Bibunt uinum in Phialis, optimo uigento delibuti, & nihil patiuntur super contritione, laniatione & occisione ouium suarum.

**Amos. 6.** Amos. 6. in Phialis, optimo uigento delibuti, & nihil patiuntur super contritione, laniatione & occisione ouium suarum.

Verbum Dei delectat. Caput LVIII.

**Q**uintò, verbū Dei delectat studiosos: Letabor ego **A**  
 (ait maximus vati) super eloquia tua, sicut qui in- **Psal. 118.**  
 venit spolia multa: vel thesaurum in agro absconditū: vel **Matt. 13.**  
 preciosas margaritas: quæ omnibus quæ habet venditis:  
 emit: imò, omne aurū in cōparatione verbi Dei, arena exi- **Sap. 7.**  
 gua est: & tamquam lutum æstimatur argentum in conspe-  
 ctu illius. Infinitus thesaurus est hominibus, quo qui vti  
 sunt, participes facti sunt amicitie Dei, propter discipline  
 dona commendati. Melior est acquisitio eius negotiatio-  
 ne auri & argenti. Pretiosior est cunctis opibus, & omnia **Prou. 3.**  
 quæ desideratur verbo Dei non possunt comparari. Quia  
 ista trāseunt, sed verbum domini manet in æternum. Istis **1. Pet. 1.**  
 terrena, verbo Dei Deus & cælum emuntur. Ista relinque  
 re oportet, sed verbum Dei nobiscum ad iudicem vadit:  
 & si cōsentientes cum eo in vita fuimus nos excusat, defen- **Matt. 5.**  
 dit & coronam nobis imponit. Si non fuimus illi consenti-  
 entes, accusat, traducit, & damnat nos. **Matt. 5. Rom. 2.** Pro-  
 inde, si quis diuitias expetit in vita, quid verbo Dei locu-  
 pletius, quod operatur omnia?  
 Hoc verbi Dei tuba attendens, dixit: Habeo omnia & **Sap. 18.**  
 abundo: Nihil terrenum habuit, qui temporalia omnia vt **Phil. 4.**  
 stercora reputans & detrimēta, despexit. In verbo Dei au- **Phil. 3.**  
 tem omnia habuit & abundauit in omnem simplicitatem  
 Dei, & nihil ei in vlla gratia defuit. Sic gaudebat in domi- **1. Cor. 1.**  
 no semper: et cū muliere adolescentie sue, lætabatur: Vbe-  
 ribus eius inebriabatur, et in amore eius iugiter delecta **Prou. 5.**  
 batur. Sic Ethiops ille, Christo initiatus, et verbo vitæ au- **Act. 8.**  
 dito, gaudēs iter suū prosequēbatur. Sic amicus sponsi, stans **Ioan. 3.**  
 et audiens eum, gaudet propter vocem sponsi. Sic gentes, **Act. 13.**  
 audito verbo domini gauisæ sunt, et glōrificauerunt ver-  
 bū domini. Sic Thessalonicenses, excipiebant verbum do- **1. Thes. 1.**  
 mini cum multa tribulatione, et gaudio spiritus sancti.

Cc Verum

- Luc. 8.** Verum, multi sunt, qui verbum Dei libenter & cum gaudio suscipiunt & audiunt, sed non custodiunt, fructum eius in patientia non adferunt. Similes Iudæis & pharisæis, qui gloriabantur in lege, legem docebant, & nullus eorum legem seruauit. Horum ego verbi Dei auditionem, & illorum qui aurem suam obturant & auertunt, ne verbum Dei audiant, iuxta æstimo. Nā sicut ij nō intrāt in requiem domini, & oratio eorum est execrabilis, sic & illis dicturus est: **Matt. 7.** Nescio vos, & vapulabunt multis: Scientibus namq; bonis & non facientibus, peccatum est illis: sicut seruo malo, p̄ **Matth. 25** gro & inutili dixit in euangelio.

Verbum Dei mundat. Caput LIX.

- A** Sextò, mundat peccatores ab omni inquinamento mentis & corporis. Expurgat omne vetus fermentum malitiæ & nequitiae: lauat ab omni malitia corda eorum qui illud audiunt & custodiunt, & super niuem magis alba reddunt ea, iuxta illud iam vos mundi estis: propter sermonem quem locutus sum vobis. Sed & quod maius est, à peccatis præseruat, iuxta illud: Omnis qui natus est ex Deo, non peccat: quoniam semen eius (quod est verbum Dei) manet in eo, & non potest peccare, interim quod semen verbi in eo manet, & custodit illud opere & veritate. Hinc iterum dicit apostolus: Christus ecclesiam mundat, lauacro aquæ, in verbo vitæ. Sic mundatus fuit Matthæus & Zachæus: Nam ad vnā domini vocem resipuerunt à diaboli laqueis: & Christum quocunque iuit sequebantur, ad vnum sermonem Petri apostoli in die pentecostes, tria milia, compuncti corde sunt & loti in sanguine agni à peccatis suis in baptismo.

Verbum Dei uitam dat gratiæ & gloriæ.

Caput LX.

Septi-

Septimò, vitam gratiæ largitur, qua iustus in fide filij Dei uiuit: & fructificat Deo. Sic ille ad cor rediens, postquam à mortuis exurrexit: testatur dicens: Eloquium tuum uiuificauit me. Et iterum in æternum nõ oblitiscar iustificationes tuas: quia ipsis uiuificasti me. Hoc modo: filius iunior, mortuus erat in delictis & peccatis suis: Sed quando ad cor redijt, uerbum Dei secum reputauit reuixit ex ui uerbi: Amen dico uobis, dixit æternum Dei uerbum caro factum, quia uenit hora & nunc est, quando mortui in peccatis, audient uocem filij Dei, & qui audierint (aure corporis, cordis & obtemperationis) uenient in me, uite uera & fructum eius facient in patientia. Et iterum, Verba quæ ego locutus sum uobis, spiritus & uita sunt. Et diuus Petrus ista confirmans, ait: Verba uitæ æternæ habes. Quia uiuus & efficax est sermo domini, &c. Sic Deus cibabat electos suos pane uitæ & intellectus. Quia lex Dei uita animæ est. Confirmans ista omnia, dicit: Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum. Ergo qui mortem expauescitis & uitam nunquam finiendam concupiscitis: uerbum Dei audite, custodite & facite. Quia qui uerbum meum audit (dicit Christus cù duplici iuramento) & credit ei qui me misit: habet uitam æternam & in iudicium non uenit, sed transiet à morte in uitam ueram, ubi mors non est.

Verbum Dei sanctificat.

Caput LXI.

Octauò, sanctificat communia, profanata & polluta, A dicente Apostolo: Omnis creatura Dei bona est, & i. Tim. 4. sanctificatur per uerbum Dei & orationem. Sic Moses tabernaculū, & Salomon templū Dei & atrium ante templū sanctificauit. Sic Chrs vna & altera uice, panes & pisces quibus faciauit

cc 2 turbas. 15.

turbas, in manus accepit, gratias egit, benedixit, ac fregit.  
 Matt. 26. Pari modo fecit in nouissima cæna. Nā panē in sanctas ma-  
 Rom. 14. nus suas accepit, gratias egit, benedixit, ac verbis vitæ cō-  
 Luc. 22. fecrauit, vt tres euāgelistæ dicunt & apostolus Paulus, at-  
 1. Cor. 11. que creaturam in creatorē mutauit. Sic & hodierna die, ex  
 impijs pios, ex demonibus angelos, ex hominibus veteri-  
 bus novos, imò Deos facit: dum auditur & seruatur ver-  
 bum gratiæ eius.

*Verbum Dei defendit contra hostes. Caput LXII.*

**A** N Onò, defendit contrà hostes. Ideò apostolus mo-  
 net, vt in impetu & impugnatione demonū, mūdi  
 & carnis gladium spiritus in manus accipiamus, opere &  
 Ephe. 6. veritate impleamus & tunc nemo nobis vel tantillum no-  
 1. Pet. 3. cere potest. Gladius iste: verbum Dei est. Sed & clypeus  
 Pro. 30. ignitus, est sermo Dei (teste Salomone) vnde in eo omnia  
 tela nequissimi ignea excipere, extinguere, & in impugna-  
 Matt. 4. torem retorquere debemus. Isto gladio vindicator nolter  
 Luc. 4. Satanam repulit, vicit & fugauit in deserto. Verba Dei, ar-  
 2. Cor. 10. ma lucis sunt: ad munitionū diabolicarum destructionem  
 Psal. 5. efficacissima. Isto scuto, veritas, quæ Christus est, electos  
 circumdat. Et tunc non timent mala: etiam si ambulauerint  
 in medio vmbrae mortis & appropient illis nocentes, vt e-  
 Psal. 26. dant carnes eorum: Quia dominus cum eis est in tribula-  
 Rom. 8. tione, & armis potentiæ suæ eos circumcingit. Verum si De-  
 2. Cor. 6. us pro eis, quis contra eos? Ista sunt arma iustitiæ, quibus à  
 dextris & à sinistris induti esse debemus (Hoc est) pacis &  
 belli tempore, prosperitatis & aduersitatis. Cum omnia  
 nobis ex animi sententiâ eueniunt, & quando nos circumdat  
 Psal. 90. mala quorū nō est numerus est. Qui sic armatus est arma-  
 tura Dei, non timet à timore nocturno. Nec à sagitta volā-  
 te in die nec à timore perambulante in tenebris: Sed nec à  
 nocētissimo pnciosissimoq; demonio meridiano. Super  
 aspi-

aspidem & basiliscū inoffensis plantis ambulat, & leonem fortissimum bestiarum conculcat, & ignem naribus spirantem oreq; euomentem terribilissimum draconem. Sic ergo armati sermonibus optimis, & accincti gladio spiritus sancti super femur nostrum, potentissimè pergemus ad prælium: & certemus (sicut viros virtutis oportet) legitimè, & tunc coronā iustitiæ accipiemus de manu domini.

Prou. 30.

2. Mac. 15.

2. Tim. 2.

2. Tim. 4.

Verbum Dei benedicit. Cap. LXIII.

**D**ecimò, verbum Dei benedictionem cumulat obseruatoribus & factoribus suis. Ideo deus, legem facientibus, omne genus benedictionum pollicetur in veteronomio. Et contra, omnes maledictiones comminantur eis, qui verba sua operibus non implent, etiam vnum transgrediendo. Maledicti qui declinant à mandatis tuis. Idipsum Moses docet in Leuitico ad longum.

A

Num. 26.

Deut. 28.

Gal. 3.

Galat. 3.

Iacob. 2.

Leuit. 26.

Verbum Dei nobilitat. Cap. LXIII.

**V**ndecimò, summam nobilitatem hominibus adfert. Quia fratres mei, sorores & matres ij sunt, qui verbum Dei audiunt & faciūt: Imò, tales dij sunt, iuxta illud: Ego dixi dij estis, & filij excelsi, omnes. Hoc autem dixit de illis, ad quos sermo dei factus est. Voluntariè nāq; nos genuit verbo veritatis, teste Iacobo, et principe apostolorum teste: Renati sumus, in spem viuam, non ex femine corruptibili sed incorruptibili. Nempe, per verbum Dei viui & permanentis in æternum. Per verbum dei sumus, ciues sanctorum & domestici dei: genus electum, regale sacerdotiū, gens sancta, populus acquisitionis, hæredes dei, & cohæredes Christi: Item, corporis eius membra, filij altissimi, & viuia templa spiritus sancti. Transeo multa.

A

Matt. 13.

Rom. 4.

Luc. 8.

Psal. 81.

Ioan. 10.

Iacob. 1.

1. Pet. 1.

Eph. 2.

1. Pet. 2.


Verbum Dei saluat. Cap. LXV.

Ce 3.


Duo-

**A**D Vodecimò, verbum Dei saluat in regnù Dei. Quia  
*Luc. 11.* beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.  
*Matt. 25.* Et iterum: Beatus ille seruus, quem cum venerit dominus  
*Luc. 12.* eius, inuenerit sic facientē, quia super omnia bona sua cō-  
*Psal. 127.* stituet illum. Beati omnes qui timent dominum, qui am-  
*Prou. 8.* bulant in vijs eius. Qui me inuenerit, inueniet vitam, &  
*Iacob. 1.* hauriet salutem à domino. Beatus in factu suo erit. Hoc  
*Luc. 10.* fac (quod ego te docui, tibi præcepi) & viues, Beati imma-  
*Psal. 118.* culati in via, qui ambulant in lege domini. Beati omnes qui  
*Psal. 127.* timent dominum, qui ambulant in vijs eius. Hic est liber  
*Baruc. 4.* mandatorum Dei, & lex quæ est in æternum, Omnes qui  
*Ioan. 5.* tenent eam, perueniunt ad vitam, qui autem derelinquunt,  
in mortem ruunt, & adsertor noster dicit: Amen amen di-  
co vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui  
me misit, habet vitam æternam: Et in iudicium non veni-  
et, sed transiet à morte in vitam. Hinc Salomon ait: Lex  
*Prou. 3.* Dei est lignum vitæ his qui apprehendunt eam, & qui te-  
nuerint eam, beati in factu suo sunt, & bene illis erit. Igi-  
tur, si vis ad vitam ingredi, serua mandata Dei. Nam qui cu-  
*Matt. 19.* stodit præcepta Dei, non experietur quicquam mali, quã-  
*Eccēs 8.* do puluis eius reuertitur in terram vnde erat, & spiritus  
*Eccēs 12.* redit ad eum qui dedit eum. Quia tunc Christus ad seipsum  
*Ioan. 14.* accipit eum, dat eum in benedictionem in seculum seculi,  
*Psal. 20.* super oia bona sua eum cōstituit, ostendit & semetipsum,  
*Matt. 25.* omne desiderium eius tribuit illi, lætificat eum in gaudio  
*Ioan. 17.* cum vultu suo, & satiat eum per appetentem gloriam  
*Psal. 20.* suam, Quod nobis tribuat misericordiarum, pa-  
*Psal. 16.* ter, per merita filij sui dilectissimi quibus  
cum spiritu sancto est honor & glo-  
ria in secula seculorum,  
Amen.


F I N I S.

















DE  
ERRORIBVS  
SACRAMENTORVM  
VITI MILETI  
ECKIVS ADVERSVS

BVCERVM

HIEF D. ROTT

DE

CONFIRMATIONE

ET

Th

1318